4°. dialogorum. Et .23. q. 4. c. Obtineri nequaq̄ possunt que predestinata non fuerint. sed ea que sancti viri orando efficiūt. ita predestinata sunt vt precibus obtineantur. Nam ipsa quoq̄ perennis regni predestinatio ita est ab omnipotēti deo disposita: vt ad hoc electi ex labore perueniant. quatenus postulando mereantur accipere quod eis omnipotens deus ante secula disposuit donare. Prattica notabilis. Promisit ab eterno deus dare Laurentio paradisum. sed mediāte martyrio. Sic apostolis. sic religiosis. sic diuiti mediante elemosina pauperi mediante patientia. Qđ patet figura: de Cananea que a finibus terre Tyri et sidonis egressa. ad iesum accessit: postulans pro filia sanitatem. Miserere mei fili Dauid. Cui christus .3. duritias ei ostēdit. Primam. quia verbum ei non respondit: tanq̄ fatuam eam reputans. Secundam duritiam: q2 canē diaboli appellauit. Tertiā. q2 catulaʒ eam dixit. tamen concessit ei quod petebat. O mulier inquit: magna ē fides tua. Fiat tibi sicut vis. Ad propositum. Si ab eterno deus promisit huic cananee salutē filie: quare ipsā fatuā dixit et tot approbria? Ad quod dicunt Theologi. Quod opus erat: quia sic ordinatum erat vt mediantibus medijs oratiōis et lachrymarum. saluteʒ filie impetraret. Contra accidiosos qui nolunt facere bona. di. Quel che dio a ordinato: conuen che sia. Bene dixisti. Ordinauit eniʒ q̄ plangas. eas ad diuina. predicationes audias. restituas male ablata. vltraʒum proximo nō facias. Cōcludamus ergo sic. Per debita media peruenitur ad finem. sed inter omnia sacrificium orationis est potissimum. ergo oratio ē necessaria. Secundo probatur. Auctoritate quadruplici. Primo diuiali. Vñ Dđ. commendans orationem dicit. Subditus esto domio: et ora eum. Et Tob. 12. Bona est oratio cum ieiunio. Et .1. Petri. p°. Omnes vnanimes in oratione estote. Et Iac. 5. Orate pro inuicem vt saluemini. Et doctor gentiū Paulus. Col. 4. Orationi istate: vigilantes in ea. Et christus in euangelio. Luc. xi. Petite et accipietis; querite et inuenietis. Et deus per os Hiere. 33. Clama ad me. et ego exaudiam te dicit dominus. Quantum sit deo carum q̄ cum oremus: apparet ex eo q̄ nos tm̄ liberaliter ipe inuitat ad petēdum. Pauci sunt qui inuitāt vt ab eis petatur. sed multi sunt qui fugiunt ne ab eis petatur. Refert Señ. q̄ pauper Cynicus ab rege Anthigono petijt talentum. Respondit ille. q̄ plus esset q̄ sibi Cynico conueniret. Petijt denarium. Respondit ille. minus esset q̄ regem deceret dare. Et sic turpem viam excusandi inuenit. Cum potuisset dare denarium tanq̄ cinico: et talentum tanq̄ rex. Deus anteʒ nō se excusat. sed omnes ad petenduʒ inuitat. Immo vix inuenies ad quod tm̄ nos suadeat: q̄ facit orationi. Ideo Aug. Nō tm̄ hortaretur vt peteremus: nisi dare vellet. Erubescat humana pigritia. plus ille vult misereri: q̄ nos a miseria liberari. Secūdo. Auctoritate Cano. De conse. distin. 1. c. Qñ stamus. De conse. di. 5. c. Non mediocriter. c. Nunq̄. Et di. 36. c. Siquis. Et. 12. q. 1. c. Duo sunt genera. dicitur. Sine intermissione vigilet sensus: paritercq̄ animus ad dominum tendat. Tertio Auctoritate Ciuili. C. de precibus imperatori offerēdis. l. Nec damnosa. Et. C. de diuersis rescriptis. l. vniuersa. Quarto Poetali. Iuuenalis. li. 4. Orandum est vt sit mens sana in corpore sano. Fortem posce animum mortis terrore carentē. Et Ouidius p° de arte. Flectitur iratus voce rogante deus. Et Boetius li°. de con. Ut Platoni placuit: in minimis quoq̄ rebus: diuinum ē auxilium implorandum. Ut patet etiam per Uale. li°. 2°. c. 1. Et li°. 5°. c. x. O quomodo staret italia. lombardia: propter tot mala que fiunt: nisi essent orationes seruorū dei. Et tot conuentus huius ciuitatis?

Tertio probatur. Exemplo. Ex Cronica ordinis de beato Dominico qui quatuor habuit nouitios. Unus erat valde humilis. Alius valde patiens. Tertius erat auidus audire sermones. Alius libenter orabat. Quadam vice deum orauit. vt diceret ei: horum conditionem. Cui apparuit angelus i persona dei. d. O Dōinice: primus

me cepit: Secundus me tenet. Tertiꝰ me ligat. Quartus me volta: e mena vbi vult. Oratio sancta: que deum facit far al suo modo. Respondeo ad argumenta. Ad primum. Dic ꝙ non est necessarium nos deo porrigere vt ei nostras indigentias manifestemus: sed vt nos consideremus in his ad diuinum auxilium esse recurrendum. Sine quo nihil facere possumus. Ad secundum Dic ꝙ oratio nostra non ordinatur ad mutationem diuine bonitatis: siue dispositionis. Sed vt obtineatur nostris precibꝰ: qđ deus disposuit: vt dictum est supra.

s Ecundũ principale. ⁊c. sunt quinque vtilitates orationis.

¶ Prima. ẽ maloꝝ culpe remotio.
¶ Scđa. est maloꝝ culpe liberatio.
¶ Tertia. est demonum oppressio.
¶ Quarta. est bonorum fortune acqsitio.
¶ Quinta. est bonorum gl'ie collatio.

¶ Prima dicitur ⁊c̃. Secundum Theologos. Culpa non potest tolli nisi per fidem: vt credas te male fecisse: ⁊ per contritionem que est annexa fidei. Qui effectus ꝓcedunt ab oratione. Unde Sap. 8. Et vt sciui quoniam non possunt esse cõtinens, abij in domum ⁊ exoraui illum. Liberat a malis culpe. Quod patz exemplis. Exo. 32. Congregatus est populus aduersus aaron: dum esset Moyses in monte synay. Fac nobis inquit deos alienos qui nos precedant. Accipiens autem aaron ornamenta mulierum ⁊ in fornace proijciens vitulus exiuit. ope diabolico. quem populus adorauit dicẽs. Isti sunt dij tui israel. Iratus dominus: dixit Moysi. Dimitte me vt irascatur furor meus contra eos. Cui Moyses. A signor nõ: far ne egypti dicant. Callide eduxit eos vt interficeret in deserto. Qui descendens de monte. tabulas fregit lapideas ad radicem montis. ⁊ arripiens vitulum combussit. ⁊ cõtriuit in puluerem. ⁊ in aqua sparsit. Et ex ea potũ dedit filijs israel. Ubi dicit magister in historia scolastica. ꝙ color auri remansit circa ora illorum qui erant culpabiles: ita ꝙ barbe eorum videbantur auree. ⁊ sic ab alijs distinguebantur. ⁊ ita. 23. millia fuerunt percussi. Reuersus est iterum Moyses ad dominum in monte ⁊ orauit dicens. Obsecro: peccauit populus peccatum grande. dimitte eis hanc noxam. Cui remissa est tota culpa. Preterea in testamẽto no. Magdalena. Publicanus. Petrus. veniam obtinuerunt fructu orationis. Ideo Eusebius de Transitu Hieronymi. Orationibus instate continuis: quia hominem a terra subleuat. gratias a deo obtinet. ⁊ facit cuz deo loqui. Exemplũ fratris nostri qui mediolani raptus: cum virgine loquebatur. Et de fratre Constantio qui visus est a terra eleuatus. O pater quomodo possibile est hoc: Cape similitudinem de lambro. q virtute caloris attrahit paleam ad se. Sic cor hominis virtute orationis a terra eleuatur. Tu laudas pater fratres tuos: ⁊ nõ alienos. Respondeo: pratticam non habeo de alijs. ¶ Secũda vtilitas ⁊c̃. Secũdum Tho. in. 2°. Et Caño. 24. q. 2. c. Non turbat. Et. 16. q. 1. c. Reuertimini. Et. di. 19. c°. Anastasius. Et per iuristas in Auten°. Ut non luxurientur contra naturam. col. 6. Et per scripturam. Leui. 26. Amos. 5. Angustie. fames. penurie. pestilentie. a deo eueniunt. propter peccata ⁊ scelera: iuxta illud Grego. in collecta. Nulla nocebit aduersitas. si nulla dominetur iniquitas. Et Dauid. Iniquos odio habui. Et vulgo dici solet. Preterea ꝑꝑ peccata veniũt aduersa. Sed ab his malis oratio eruit. Baruch 4. Clamate ad dominum. s. per orationez: ⁊ eripiet vos. s. a malis. Quod claret exemplis. Primo Dauid. 2. Re. vlt°. Cui ex peccato superbie: data est ei optio a domino: Quia peccasti o Dauid: elige tibi de tribꝰ vnum. Aut septez annis veniet tibi fames in terra. Aut tribus mensibus aduersarios fugies propter bellum. Aut tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Qui potius pestem elegit. ⁊ mortui sunt de populo 7. milia. Sed dubiũ queritur. Quare hoc flagellum magis elegit: Respondet Dominicus Tolosa. Noluit famem quia tm̃ pauperes mortui essent. Scđm noluit. s. bellũ: quia potentes sibi prouidissent. eo ꝙ fugissent in fortalitia sua. ⁊ pauperes

mortui essent. Cōmuniter enim post bellū: malum remanet super pauperes. Tertiuz autem elegit. s. pestem: quia sperabat in misericordia dei. Sed curiose inquirendum est, quare Dauid percussus est peste in populo suo. Ad quod respondet Dominicus: vbi supra. Qd triplici ratione gestum est. Primo q2 non correxit Amon filium suuz. qui stuprarat sororem suam Thamar. Secundo: q2 populus contra Dauid conspirauerat in adiutorium Absalon. Tertio ratione superbie. quia populum numerauerat. Uidens āt angelū populū cedētē cū lachrymis exclamauit. Ä signor mio caro: ego sum qui peccaui. Unde ad eius orationē cessauit pestis. Preterea aliud exēpluz Rome tempore Grego. dum pestis in populo crassaretur. homo ossitando mortuus cadebat. Unde versum est in prouerbium Dio te aiuti. Grego. vero processionem fieri precepit. ⁊ figuram marie quam ex trib⁹ Lucas pinxit. vna que est rome, alia que est in Loreto. alia que est Bononie. Aer autem corruptus dabat locum imagini. Et audite sunt voces angelorum cantantium. Regina celi. Canta. Et Grego. adiunxit. Ora pro nobis deuz alleluia. Et sic vidit angelum super castrum sancti angeli tergentem gladium significando pestem cessare prece eorum. ¶ Tertia vtilitas ⁊c. Nullum est efficatius remedium contra demonem oratione. Math: 4. Hoc genus demoniorum in nullo potest exire: nisi in oratione ⁊ ieiunio. Unde Bernar. Grauis equidem est nobis inimici tentatio. s3 longe grauior est illi nostra oratio. Quod patet exemplis. Tempore Iuliani imperatoris: dum Iulianus contra Persas velle ire in prelium, misit demonem in occidentem per nigromantiam vt ꝗcito referret quid in partibus illis fieret. Cumq3 demō inuenisset Publium monachuz in via orāitem, prohibitus est vi orationis monachi ne illac ꝑtransiret. Iulianus autem ei precepit vt veritatem diceret. quare non transisset: Respondit. quia maledictus ille monachus orare non cessat. In quibus ꝟbis dubium queritur. Quare diabolus cuz veritatem erosam habeat, vnde hoc ꝙ illi confitetur: Respondeo fm Glo. interlinearem super verbo. Mat. 4. Quia sciebant ipsum esse christum. Qd triplici ratione. Primo ratione deceptionis: quia interdū veritatem dicit vt eius falsitas facilius acceptetur. Chriso. Concessum est interdum diabolo vera dicere. vt mendatium suum rara veritate cōmendet. Secundo ratione accusationis: vt hominum peccata in eorum confusionem accuset. vt patuit Matine de quodam fratre cui demon exprobrauit ꝙ nocte precedenti dormierat cum meretrice. Quāuis enim deus hominum peccata agnoscat. tamen vult vt demon illa declaret. ad confusionem peccantiuz. Tertio ratione coactionis vt patet de multis sanctis. qui demonem cogebant vera dicere: ⁊ de multis malis qui virtute nigromātie cogunt eos: vt patet supra. Preterea Exemplum beati Dominici. Cum oraret rome in sancta Sabina: proiecit diabolus lapidem magnum in eum: qui adhuc rome in ecclesia suspēsus habetur. ¶ Quarta vtilitas ⁊c. Patet exemplis. 2. Para. 33. ¶ De Manase filio Ezechie. qui cū propter iniquitates suas esset captus ab exercitu regis assyriorum ⁊ vinctus cathenis ac compedibus ⁊ ductus in babyloniaz in se reuersus ⁊ penitentiaz agens orauit di. Peccaui super numerum arene maris. Et domin⁹ orationē eius exaudiuit. ⁊ restituit eum in regnum suum. Preterea de Ambro. Qui cum esset mediolani: orans contra arrianos a quibus infestabatur: et clamans deus in adiutorium meum intende. Auditus est vsq3 rome: a pontifice. Et aer cōmotus est in prelium fulgoribus ⁊ sagittis contra inimicos. Preterea. Rodij contra turcum auxilium habuerunt orationis marie ⁊ Ioannis baptiste. Et sic vicerunt. ¶ Quinta vtilitas ⁊c. Io. 15. Petite ⁊ accipietis vt gaudium vestrum ple. sit. Exemplum p3 de Aug. Cum ciuitas ei⁹ a barbaris eēt obsessa: orauit dominum de trib⁹. Aut periculuz obsidionis remoueret. Aut veram sibi patientiam daret. Aut ipsum de hoc mundo ad paradisum traduceret. Di-

ritos fratribus suis. tertium impetrasse: cum per mortem ad eum transiret. Unde patet virtus orationis.

t Ertium principale dicitur &c. Oratio est tante potestatis: quod .4. potentias superat. Primo potentiam corporum celestium. Influxus enim corporum celestium causat in istis inferioribus creationem: vt patet in herbis & plantis. In .i. Top. A virtute superiorum reguntur inferiora. Idem. Inferiora a superioribus reguntur. Sed oratio impedit hunc influxum vt patet in montibus gelboe: quibus oratione Dauid nec ros nec pluuia descendit .2. Reg. i. Preterea. Impedit motum celi: vt patet Josue. x. Dum ipse pugnaret contra gabaonitas: & sol desiceret orauit di. Sol contra gabaonitas ne mouearis. Unde stetit in locum suum: contra cursum sue nature. Et illa dies fuit .36. horis: vt dicit quedam glo. Secundo superat potentiam nature. Corpus enim hominis non potest esse sine cibo longo tempore: quia calor naturalis consumit humidum cibale & nutrimentale. Et vt dicit phs libro de causa longitudinis & breuitatis vite. Et Auic. in .i. de sōno. Duo sunt principia vite nostre. Calor naturalis & humidum radicale: propter que comedere oportet. Phs libro de generatione & corrup. Omne viuens quamdiu viuit indiget cibo. Quod patet exemplo de moyse. Exo. 32. qui ieiunauit .40 diebus sine cibo. Quod impossibile est via naturali. Et pater noster Dominicus qui duas quadragesimas ieiunauit in pane & aqua: predicans virtute orationis: dum esset Tolose & Carcasone. Et Caterina senensis. De qua Pius papa in epla Canonizationis dicit. Inuēta est aliquando a die cinerum vsque ad pentecosten ieiunium produxisse: sola oratione contenta. Tertio superat potentiam anime nostre. Anima quamdiu est cū corpore non potest esse: nisi vbi sit corpus. Sed virtute orationis. anima eleuatur in altum: absque corpore & viuente. Ad quod corpus nō potest eleuari: vt de Paulo. qui ad tertium celum raptus est: corpore in terra manente. Quarto superat potētiam diaboli. Uirtute orationis: demones cruciantur. Sunt carbonēs dei quibus diabolus incēdim. Unde quidam demon clamabat. Bartholomee apostole dei. incendunt me oratōes tue. Sunt sagitte dei quibus diabolum vulneramus. Sunt scutum dei: quo tentationibus diaboli resistimus. Amb. Bonum scutum est oratio. qua omnia aduersarij spicula repelluntur. De isto scuto orationis dicitur Sap. 18. Proferens Aaron seruitutis sue scutum orationem: restitit ire: & necessitati finem imposuit. Sunt etiā angelis multum grate. Chrisostomus. Uis scire dignitatem orationis: Mox vt de ore tuo processerit. suscipiunt eam angeli i manibus suis & offerunt ante deum. Unde apparet vir orationis.

¶ Feria .4. prime ebdomade. De adoratione: Uel de modis orandi.



Ccesserūt ad Jesū scribe & pharisei dicētes. Magister volumus a te signum videre Mat. xij.

¶ Duplex generatio est in mudo: bona & mala. Bona credit sine signis. mala cum signis: vt scribe. Que dicit. Uolumus signum videre. Glosa. Propriū erat iudeorum querere signa. Joan. 14. Nisi signa & prodigia videritis: non credītis. Sed que erant signa: Respondeo quod tria. Primum de celo: vt ignis descensus. sicut fuit tēpore helie. i. R. xij. Aut descensus manne: vt tempore moysi. Exo. 16. Aut tonitrua: vt tempore samuelis. i. R. 18. Magister volumus a te signum videre: Respondit christus. Generatio mala: quia ex persecutoribus prophetarum descenderant. Et adultera: quia patres eorum idolatrare fecerunt. Signum querit scilicet potestatis & diuinitatis: & non humanitatis. Sed signum non dabitur ei scilicet diuinitatis quod querunt scilicet de celestibus: quia indigni propter eorum curiositatem: sed humanitatis. Sicut fuit Jonas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terre. Quasi dicat. signum

gnum queritis: istud vobis sit signum ma/
gne credulitatis. Quia scilicet tribus diebꝰ
⁊ noctibus sepultus ero: postea resurgam.
Nota Albertum in verbo Signuȝ Jone ꝓ
phete. Christus in mundo tria signa osten
dit de sua humunitate. Primuȝ signū pau
pertatis. Luce. 2. Hoc vobis signum. Inue
nietis infantem pannis inuolutum ⁊ posi/
tum in presepio. Secundū humilitatis. Lu
ce. 2. Ecce positus est hic in ruinam ⁊ in si/
gnum. Tertium humanitatis: vt hic signū
Jone prophete. Cōqueritur. Uiri niniuite
receperunt prophetam: isti nō recipiunt do
minuȝ prophetarum. Illi sine signo: hi post
multa signa. Regina sabba de qua. 3. Re. x.
surget in iudicio contra istos: quia venit a
finibus terre audire sapientiam Salomo/
nis. Ecce plusquam Salomon hic. Pri/
mo plus sapiens. Paulus Ad Colosen. 2.
In quo sunt omnes thesauri sapientie.
Secundo plus diues. Ro. x. Diues in om/
nes qui inuocant illuȝ. Tertio plus pulcer.
Sap. 7. Candor lucis eterne: ⁊ speculum
sine macula. Adhuc loquenti sibi ait qdā.
Ecce mater tua ⁊ fratres tui foris stāt que
rentes te. Respondit. Que est mater mea:
⁊ qui sunt fratres mei? Quicūq₃ fecerit vo
luntatem patris mei: ipse est frater ⁊ soror
mea. Hoc quantū ad euangeliuȝ. De ado
ratione. Uel modis orandi. Inuenio septē
modos vel ꝯditiones: orandi.

- ¶ Primo debet fieri sinceriter.
- ¶ Secundo debet fieri fideliter.
- ¶ Tertio debet fieri vtiliter.
- ¶ Quarto debet fieri ardenter.
- ¶ Quinto debet fieri humiliter.
- ¶ Sexto debet fieri perseueranter.

P Rimo debet ⁊c̄. Multi orant: sed
nō exaudiuntur: q2 male petūt. Ja
cobi. 4. Petitis ⁊ non accipitis: eo
ꝙ male petatis. Pro noticia maiori. Que/
rit dubiū. Utꝝ deus exaudiat peccatores:
Circa hoc due sunt opiniōes. Una dicit ꝙ
nō. alia ꝙ sic. Prima ꝙ non ex verbis scri/
pturaꝝ. Isa. i. Cū multiplicaueritis oīoes
nō exaudiā: Manus enim vestre sanguie
plene sunt. Et Isa. 59. Peccata vestra ab/
sconderant facieȝ eius a vobis: vt nō exau
diret. Jere. 3°. Nos inique egimus: ⁊ ad
iracundiam te prouocauimus: ideo inexo/
rabilis factus es. Et Prouer. 28. Qui decli
nat aurem ne audiat legem: oratio eiꝰ erit
execrabilis. Et Jo. 9. Scimus: q2 peccato/
res deus non exaudit. Alia opinio dicit ꝙ
sic. Quia Luc̄. 18. de publicāo petōre. Amē
dico vobis: q2 descendit hic iustificatus in
domū suā. Quia orauit. Deus ꝓpitiꝰ esto.
mihi peccatori. Exaudiuit petꝝ. magdale
nam. ⁊c̄. Ad hāc difficultatem. Rn̄deo ſm
doctores Tho. 22. q. 83. ar. 16. Alexandrum
de ales in. 4°. vol. sū. Ric. in. 4. di. 15. ar. 4°.
Quod orantes habēt reperiri in triplici dif/
ferentia. Primo quidaȝ orant q fuerūt sine
mortali in omni vita sua. Qui pauci reperi
unt. Oratio eoꝝ est potētissima: ⁊ tales ex/
audiunt facillime: q2 est cū puritate ꝯscien
tie. Hec fuit oro moysi. De quo Exodi. 15.
qui meruit mare rubꝝ diuidere. ⁊ cum po/
pulo trāsire. Hec fuit oro Josue: vt dicitur
Josue. x°. qui solē fecit stare cōtra Gabao/
nitas per plures horas. Hec fuit oro Dnici
patris nostri: q. 60. peregrinos in lacu pusi
necatos: suscitauit. Et ad fidē circa. c. M.
ꝯuertit. Hec oratio Uincentij qui circa. 15.
M. iudeoꝝ ad fidem ꝯuertit. Jō Jacobi
5. Multuȝ enim valet oro iusti assidua. Et
ratio est. Q2 iusti sunt amici dei. Amici. n.
facile impetrāt q̄cquid volunt. Exēplum in
Stephano: de quo Act. 7. q positis genibꝰ
dixit. Dn̄e ne statuas illis hoc peccatum.
Ubi dicit Beda. ꝙ si Stephanus nō oras/
set: ecclesia Paulū nō haberet. Unde dicit
Job. 5. Ad aliquē sctōꝝ ꝯuertere. Et nō so
lum sanctos existētes in gloria: sed etiā ad
iustos existētes in via. De orone sancti: dic̄
Glo. in ṽbo Justi assidua. Plus valet vnꝰ
sanctus orando: q̄ȝ innumeri peccatores ꝑls
ando: q2 oratio sancti celum penetrat. Un/
de patet prima differētia orātiū. Secunda
oratio est illorum qui fuerunt peccatores: sȝ
tamen subito se humiliauere. Quia licet
quandoq₃ peccauerint: cum natura sit fra/
gilis ad peccādū. i. Jo. 3. Si dixerimꝰ quia
peccatum nō ⁊c̄. Jo. 3. In multis offendi/
mus omnes. non tamen semper retinent ꝓ
positum male voluntatis. Timent illum

humiliantur: agnūt bona. Vi in suis neces
sitatibus orant: tales exaudiuntur. Hec fu
it oratio Latrōis. Magdalene. ⁊ aliorum
peccatorum. Exaudiuntur quidem vt dic̄
Tho. vbi supra: nō ꝙ mereātur vi iusticie.
Quia vt dicit Aug. peccator panem quem
comedit: nō meret̄. Sꝫ exaudiūtur ex dina
misericordia que saluos facit sperantes in
se. cum sit pius. Tertio aliqui orant: vt pec-
catores ⁊ obstinati: qui diutius in malis ꝑ
seuerant. qui de malo in peius tendūt. nec
proponunt abstinere. Cōcubinarius audit
luxuriam eē peccatuꝫ: tamen non se eripit.
imo trufat. Sic vsurarius. sic gulosus. Vi
quandoqꝫ ex suis peccatis a deo flagellan
tur: infirmitate. penuria ⁊c̄. Orant ad do-
minū: sed nō exaudiunt̄. Isa. i. c. Cum mul-
plicaueritis orationes nō exaudiam: Ma
nus enim ⁊c̄. ſ̄. Si ponerent̄ sub torculari
li manege de rosato vxoris: sic indumenta
filiorum: exiret sanguis pauperū. Et Iere.
7. Tu quoqꝫ noli orare ꝓ populo hoc: neqꝫ
assumas ꝓ eis laudē ⁊ orationē: quia nō ex
audiam te. Iere. 15. Si steterit moyses ⁊ sa
muel coram me. non est anima mea ad po
pulum istuꝫ. E perche? Quia sunt peccata
que non permittunt. Si tamen exaudit de-
us peccatoris orationem: hoc est ad malo
rem penam peccantis. Quēadmodum me
dicus qui dum est in spe curationis infirmi
denegat sibi noxia. Sed postqꝫ est despera
tus concedit sibi quecunqꝫ petit. Sic facit
de⁹. Exēplo patet Nūeri. xi. de filijs israel
petentibus carnes in deserto: deus eos ex-
audiuit in damnū ipsoruꝫ. De quibus ps.
97. Manducauerūt ⁊ sa. sunt nimis: ⁊ desi.
eorum attulit eis. Et infra dicitur. Adhuc
esce eorum erāt in ore ipsorū ⁊ ira dei ascē
dit sup eos. Vis o citadino. o dona. o mer-
cadante: ꝙ oratio tua exaudiatur? Ora
cum pura mente. depone scelera. ⁊ iniquita
tes. Unde Boetius. 3°. de Cō. In deo p̄ces
vestras porrigite: que si recte sunt. inefficaces
esse nō possunt. Et Lact. in. 6. c. 25. Pu-
ra inquit mente ⁊ eleuata: bono honestoqꝫ
proposito inuocandus est deus. Exemplū
in vitis patrum legitur. Cum quidaꝫ frater
valde tentaretur: ⁊ quendam sanctū p̄rem
rogasset vt pro se oraret. Respondit ille pa
ter. Impossibile est frater mi: ꝙ saneris ⁊
iuueris in oratione pro tentatione amouē
da: etiam si omnes sancti pro te orauerint:
nisi peccatuꝫ expellas a te ⁊ ores pura mē
te. Quod ⁊ fecit: ⁊ tentationes fugauit.
Unde pꝫ prima cōditio oratiōis. Scda
conditio ⁊c̄. Fides est fundamentum oium
virtutum. Iacobi. i. Si quis vestrum indi-
get sapientia. Omnes indigemus: qꝛ stulto
rum infinitus est numerus. Postulet i fide
nihil hesitans. Et subditur de hesitāte. Nō
ergo existimet homo ille ꝙ aliquid accipi-
at a domino. Fides ergo ē necessaria. Un
de Ber. Indignus celesti benedictione esse
conuincitur. qui deuꝫ dubio querit affectu.
Ad hanc fiduciam habendam. inducit̄ ho
mo. triplici ratione: vt ponit Glosa super
Luc̄. xi.

Primo ratione pietatis.

Secundo ratione comparationis.

Tertio ratione prouocationis.

Primo ⁊c̄. Paterfamilias: habens filiū
patientem famē: si filius petit a patre: o pa
ter dame del pane quia morior fame. Nū
quid dabit lapidem? Aut si petat piscem.
Nunquid dabit serpentem? Aut ouū. Nū
quid scorpionem? Vere non. Immo dabit
omnia si potest. Quia vt dicitur in. 7. Pol.
Generātis ad genitū: naturaliter ē amici-
tia. Et in. l. fi. C. de curatore furiosi. Nullus
est amor. qui vincat amorem parentū. Si
ergo pater carnalis hoc facit: plus pater
noster deus. qui plus diligit hominē: qꝫ pa
ter carnalis. Secundo ratione ⁊c̄. Si fi-
dem adhibes incantatori. astrologo ỽ mo
do planetarū: Galieno de distinctione ve-
narum: Prisciano de compositione littera
rum: quare nō plus deo nostro qui fidelis
est? Qui ꝓmittit nob dare. Mat. 6. Quic-
quid orantes petitis credite: quia accipie
tis ⁊ fiet vobis. Aliter deus nō esset verax:
qui ꝓmittit dare: si nos petamus. Ter-
tio ratione ⁊c̄. Nos prouocat ad orānduꝫ
⁊ exauditioneꝫ ꝓmittit. Quid dicis in Lu
ca. xi? Petite ⁊ accipietis: querite ⁊ inuenie
tis. pulsate ⁊ aperietur vobis. Vis ergo ex
audiri? Habia fede. Unde apostolus ad
Hebre. 4. Adeamus cum fiducia ad thro-
num glorie eius: vt misericordiā consequa
mur. Quare

mur. Quare non exauditur homo: Quia nõ
habet fidem. Non habens hanc: non vere
diligit deum. Et quia amicicia eſt cauſa ꝙ
oratio exauditur ⁊ ibi deſit. ideo non exau
dit; Unde dubietas ⁊ inimicitia impedit
exauditionem orationis. ¶ Tertia condi-
tio ⁊c. Tho. vbi ſupra. In oratione noſtra
aut petimus tẽporalia. aut ſpiritualia. Si
temporalia bona: vt ſcientiam. ſanitatem.
diuitias. Quia talia bona: ſunt ſepe cauſa
damnationis hominis: ideo nõ ſimpliciter
ſed ſub conditione ſunt petenda. De pſpe
ritate bonorum temporalium: dicit Deut.
33. Incraſſatus eſt dilectus meus ⁊ recal.
Ex diuitijs homo vertit terga deo. accipit
ſacramenta falſa. blaſſemat. Preterea il-
le petit filium a deo: ⁊ propter ipſum dabit
vſuras. fara ſtochi e barochi. Tu petis cor
poris ſanitatem. Forte erit cauſa tue dãna
tiõis. In legẽda. s. Tho. martyris ponitur
tale exemplum. Cũ quidã meritis. s. Tho.
recepiſſet ſanitatem: cogitare cepit an illa
ſanitas anime ſue expediret. Et ſubito ora
uit. ꝙ ſi non eſſet vtile anime ſue: continuo
ipſa infirmitas remaneret. Quod ⁊ factuz
eſt. Ideo ſub conditione eſt orandum ſi ex-
pedit anime: quando ſunt bona tempora-
lia. Unde Ualerius libro. 7. c. 2. Homines
ſepe votis expoſcunt quod non impetraſſe
melius foret. Ille. Hoc nos docuit chriſtus.
Jo. 19. quando orans dixit. Canta in cantu
paſſionis. Pater ſi poſſibile eſt. tranſeat a
me calix iſte. Et ſubiũxit. Fiat volũtas tua.
Aut petimus ſpiritualia. Et tunc quidem.
quia ſunt neceſſaria ad ſalutem. ſimpliciter
orare debemus. Tu ſei ſuperbo: pete humi
litatem. Es auarus: ora liberalitatem. Es
peccator: ora remiſſionem peccatorum ſim-
pliciter. O ꝙ̃ grata eſt iſta petitio. ⁊ multuz
efficax in conſpectu dei. vt non ſpiritualia
ſolum: ſed etiam temporalia concedat. Ex-
emplo patet. 3. Reg. 3. de Salomone qui pe
tijt a deo ſapientiam neceſſariam ad regẽ
dum populum. ⁊ deus conceſſit quod petijt
⁊ diuitias ſimul ⁊ ſapientiam: quia ſibi pla
cuit hec poſtulatio. Unde dixit ei. Quia po
ſtulaſti verbum hoc ⁊ non petiſti dies mul-
tos nec diuitias: ſed poſtulaſti tibi ſapienti-
am: ecce feci tibi ſcd̃m ſermones tuos. Que
fuit. 3. M. paraboli. ⁊ quinque millia ver-
ſuum. ¶ Quarta ↄditio ⁊c. i. attente ⁊ cum
deuotione. Quia deuota ⁊ ardens oratio:
eſt clamor ⁊ rumor in auribus dei. Figura
Exodi. 14. de Moyſe qui orabat ad mare
pro tranſitu populi: nec mouebantur labia
eius. Cui dominus. Quid clamas ad me:
Glo. Deſiderium moyſi erat clamor in au-
ribus dei. Ubi notatur ꝙ debet eſſe deuo-
ta. Sed nota ꝙ hec deuotio debet eſſe in
duobus. Primo in mentis attentione. Se-
cundo in geſtuum compoſitione. Primo in
mentis ⁊c. i. Corin. 14. Orabo ſpiritu: ora-
bo ⁊ mente. Sed plures ſunt: qui ore orant
corde autem ſunt a longe. Biaſſeno pater
noſtri: cum reſti de corali in man. Contra
mulieres. Mente ſunt in pluribus implica
ti. Contra tales Cyprianus de Conſecra.
diſtin. i. c. Quando ſtamus ad orationem
fratres inſiſtere ⁊ inuigilare ad preces to-
to corde debemus. Cogitatio tunc carna-
lis hominis ⁊ ſecularis abſcedat. Pratica
ſuper hoc. Mentiris: quia mens tua eſt ad
filios. ad agros. ad concubinam. ala pigna
ta. Surſum corda non ga parte. Secundo
hec attentio debet eſſe in geſtibus corporis
vt ſcilicet homo flectat ambo genua cum
omni reuerentia ante deũ. Figura. 3. Reg.
8. de Salomone. Factus eſt autem cum cõ
pleuiſſet Salomon omnem orationem hãc
ſurrexit de conſpectu altaris domini. vtrũ-
ꝙ enim genu fixerat in terram ⁊ manus ex
panderat ad celum. Et apoſtolus ad Ro.
14. Uiuo ego dicit dominus: quia mihi fle
ctetur omne genu. Super que verba dicũt
doctores: maxime Albertus ſuper Lucaz:
ꝙ dominis temporalibus debemus impen
dere honorem. cum genu ſiniſtro. Et hoc to
tum: quia ſunt domini huius mundi: qui ſi
gnatur per ſiniſtram. Dominis ſpiritua-
libus debemus honorem cuz genu dextro.
Quia ſunt domini rerum ſpiritualium. que
ſuperant bona temporalia. Quia dignitas
ſacerdotis ſuperat temporalem: vt dicitur
in decretis diſtin. 6. c. Quis dubitet. Quã-
uis hodie plus honorent dñi tpales: miles
ciues. vn ſconfiſa piua. baſa botazo. lãza bu
ſa. Deo autem cuz ſit dñs vniuerſoꝝ debet
honor cum vtroꝙ genu: corpore ⁊ mente

Jo.4. Veri adoratores adorabunt patrē
in spiritu: quoad animā: ⁊ veritate: quo-
ad corpus. Sed heu. Quia nunc morta-
les accedunt ad orationem sicut bestie:
vno genu in terra: alio leuato: videntur sa-
gittarij: cum omni irreuerentia. Contra ta-
les. Ecclesiastici.18. Ante orationem pre-
para animam tuam: ⁊ noli esse quasi ho-
mo qui tentat deum. Orans: tunc deum
tentat: qui cum irreuerentia orat. Siquis
coram principe loqui debet: per tempus
quod loqui debet cogitat: cum qua reue-
rentia: ⁊ maturitate. ⁊ modo loqui debet.
Cum oramus: cum deo loquimur. Ideo
si exaudiri volumus. primitus mentem p̄-
parare debemus. Sed mens non est cum
deo. Unde Origenes in homelia Cana-
nee. Flectis quidem genua: sed foris va-
gatur mens tua. Corpus tuum intus: sed
mens vsuras cogitat. Possessionum reddi
tus computat: negligentias famulorum in
tuetur. Exemplum de sancto Syro episco-
po Januensi legitur. Qui dum in ecclesia
semel esset. in risum maximum prouoca-
tus est: qui nunquam visus est ridere. In
terrogatus quare riserat a fratribus suis.
Respondit se vidisse demonem in ecclesia.
qui verba vana loquentium scribebat. O
seculares qui omnia negocia discutitis in
ecclesia: ⁊ verba ociosa dicitis. Et cū char
ta desiceret: ⁊ vellet eam elongare cum
dentibus: charta subito fracta: ille ad mu-
rum se impetens caput fregit. Nota ꝙ deo
displicet. Bis inuenimus christum iratū.
Primo in templo: quando dixit Jo.2. Au
ferte ista hinc: quia erat domus orationis.
Secundo cū diabolo. Uade sathana. Qr
erat in vituperium patris. Unde August.
in reg. In oratorio nemo aliquid agat nisi
ad quod factum est. ¶ Quinta conditio
⁊c̄. Unde ps̄. Respexit in orationem humi
lium. Judith.9°. Humilium semper et
mā̄suetorꝝ tibi placuit deprecatio. Et per
oppositum. Oratio superborꝝ non exaudi-
tur. Exemplo patet de pharisec ⁊ publica
no. Luc.18. Phariseus orabat superbe di-
cens. Gratias tibi ago domine: quia non
sum sicut ceteri hominum, raptores. iniu-
sti. adulteri velut etiam hic publicanus.
Hanc orationem faciunt mulieres. O pa-
ter ego dico quotidie talem deuotionem:
tria pater: ad trinitatem. septem aue marie
ad reuerentiam delli sette allegrece. Non
sic: sed cum humilitate. Publicanus autē
di. Deus ꝓpitius esto mihi peccatori. Un
de meruit iustificari. Sz nota: ꝙ hec humi
litas: non solum attenditur in mente: sed
etiam in gestibus corporis: qui personam
multum incitant ad humilitatem ⁊ deuo-
tionem. Unde legitur de beato Dominico
ꝙ in oratione sua hoc agebat. Aliquando
in terra prostratus. Ubi rep̄sentabat ora-
tionem christi in orto. Aliquando erectus
in aere cum manibus pendens. Orationē
christi ad columnam. Aliquando manib⁹
extensis. Orōnē christi in cruce. Hi modi:
quā̄uis absolute non sint necessarij: tamen
multum incitāt mentem ad deuotionem.
Simili modo Franciscus orabat: qui ī ora
tione sua dicebat. Quis es tu domine? Et
quis sum ego? Ego sum Franciscus pecca
tor: vt audiebat eius socius frater leo. Un
de te humilia in oratione: si vis exaudiri.
¶ Sexta conditio ⁊c̄. Cum perseuerantia
orandum est. Quia vt dicit philosophus.
2°. Ethi. Finem laudamus: honoram⁹ ea
que sunt ad finem. Et in.8. physicorum. ꝙ
gutta vltima cauat lapidem in virtute pre
cedentium. Et huic debetur laus. O pater
ego oraui per tot annos ⁊ menses. sed non
sum exauditus. Respondeo ꝙ oportet per-
seuerare. Sed quem debemus orare? Res-
pondeo ſm Ber. ꝙ ad tria palatia debe-
mus accedere: ⁊ ibi fortiter pichare. Pri-
mo ad palatium trinitatis. Ad patrem. ad
filium. ad spiritum sanctū. Quod ecclesia
ostendit. Primo ad patrem. Pater de ce-
lis deus: miserere nobis. Secundo ad pa-
latium regine. Quod ostendit ecclesia. Sā
cta maria ora pro nobis. Sancta ꝟgo ⁊c̄.
Sancta dei ⁊c̄. Tertio ad palatiū sancto
rum. Ostendit ecclesia. Omnes sancti ⁊ sā
cte dei ⁊c̄. Ecce quomodo ⁊c̄. ¶ Sz in his
verbis: Anima cara petit tria dubia decla
rari. Primū est. Cum deus sit vbiqꝫ: ⁊ per
essentiam: dans omnibus eē. ⁊ per potētiā
quia ei obediunt omnia. ⁊ per presentiā:
quia omnia sunt ei nuda: vt habet Tho.
p̄. par. q.8. ar.1. Quare plus voluit orari in
ecclesia; q̄ȝ alibi? Rn̄deo ſm Tho. vbi sup̄.
¶ Primo

¶ Primo ratione habitationis.
¶ Secundo ratione deuotionis.
¶ Tertio ratione frequentationis.
¶ Primo ꝛc. Quia deus in ecclesia ibi ha
bitat per singularem venerationem. Unde
dixit Salomoni: templo constructo. 2. Pa/
ra. 7. Sanctificaui mihi locum istuʒ. Ideo
guarda o homo: noli ipsum ꝓphanare ma
lis cogitationibus: aut verbis vel factis.
Secundo ratione ꝛc. Quia ibi dicunt.
7. hore canonice. Ad designandū. 7. nota/
bilia in passione christi cōsumata. ꝛ in me
moriā illorum fit. Primo dicitur Matuti/
num. signat ꝙ christus tali hora fuit in do/
mo Cayphe ꝛ Anne: vbi multa opprobria
ꝛ dura sustinuit. Unde religiosi: tali hora
matutinū dicunt vt representēt illa. Scdo
dicitur. Prima. quia tali hora christus in
concilium iudeorum ducitur: ꝛ queruntur
contra eum falsa testimonia. ꝛ falsis accusa
tionibus vincitur et Pilato sic traditur.
In eius actiones gratiarum. horam pri/
maʒ decātamus in memoriaʒ. Tertio dici
tur Tertia: quia tali hora Herodi mittit:
ꝛ ab ipso cum suo exercitu spernitur. ꝛ illu/
sus cum veste alba ad Pilatum remittitur
ꝛ clamantibus iudeis. Crucifige eū: a Pi
lato flagellatur. ꝛc. Dicitur hora. 6. qꝛ
tali hora christus condēnatur. conspuitur.
illuditur. spinis coronatur. harūdine cedit.
ꝛ crucem baiulans ciuitatem ingredit. fel/
le ꝛ aceto potatur. Et nos in eius honorem
tali hora ipsum laudamus. Dicitur. 9. qꝛ
tali hora: matrem consolatur: clamans mo
ritur: velum templi scinditur terra mouet
petre scinduntur. centurio cōfitetur. Uespe
re dicuntur: quia tali hora: lancea suuʒ la/
tus perforatur. ex vulnere sanguis ꝛ aqua
egreditur. Unde in eius memoriam vespe
dicuntur. Completoriuʒ dicit: quia omnia
ista in sero ꝛ nocte egit. Primo sacramen/
tum instituit in cena illa. Secundo pedes
apostoloꝝ lauit. Tertio apostolis paceʒ ꝑ
dicat. Quarto pro eis orat patrem. Quito
ad locum proditionis properat. Tertio
ratione ꝛc. Quia in ecclesia frequentant ꝑ
sone venire. Et sicut frequentantes merca
tum: concitat hominem ad negociatiōem:
sic frequentatio deuotoꝝ hominū in eccle/
sia incitat hominem ad deuotioneʒ. Unde
patet. Primum dubium. ¶ Secūdum du
bium. Quare plus ad orientem oramus?
Rn̄deo triplici ratione. Prima. quia fides
gentium incepit ab oriente. Mat. 2. Ecce
magi ab oriente venerunt hierosolimā. Et
ibi christus natus est: ibi mortuus: ibi ascē
dit. Scda. quia in illa parte amisimus pa/
radisum: in illa petimus per ipsum reuoca
ri. Tertia propter christum: qui est lux mū/
di ꝛ nominatur oriens. ꝛ ibi expectatur ad
iudicium. ¶ Dubium tertiū. Quale est tē/
pus orandi? Respondet Ber. fratribus de
monte dei. ꝙ sunt tres hore speciales. Pri/
mo in mane. Exemplo christi. Mar. 1. q di/
luculo valde surgens abijt in desertuʒ locū
ibiqꝫ orabat. Secundo in vespere. Exēplo
christi. Mat. xiij. Qui dimissa turba ascēdit
in montem orare: vespere aūt facto: solus
erat ibi. Tertio in nocte. Exemplo christi.
Luc. 6. vbi dicitur ꝙ erat pernoctans in
oratione. De efficacia matutine orationis:
dicitr Job. 8. Si diluculo consurrexeris ad
deum: statim euigilabit ad te.

¶ Feria. 5. ꝑme hebdomade. De mēdacio


Os ex patre
diabolo estis: ꝛ desideria
patris vestri vultis face/
re. Jo. 8. ¶ Dn̄s agens
sermonem apostolis suis
ꝛ iudeis. dixit. Si manse/
ritis in sermone meo: ve/
re discipuli mei eritis. Scd'm Tho. In. 4.
sen. Non est signuʒ ita distinctiuū inter bo
nos ꝛ malos: ut est diuini verbi auditio.
Jo. 8. Qui ex deo ēst ꝛc. Et. 14. Si quis di/
ligit me. sermonem meuʒ seruabit. Et Tul
lius. Cuius aures veritati clause sunt: huiꝰ
salus desperanda est. Dicit ergo. Si man/
seritis in sermone meo: vere discipuli mei
eritis. Et tria bona consequemini. Primuʒ
quia vere eritis mei discipuli. Secundum
bonum. Quia cognoscetis veritatem. Ter
tium. Quia veritas liberabit vos. Ueritas
hominem liberat a peccatis. Audientes in
dei a christo loqui de libertate. Putantes
eos appellasse seruos: dixerunt ei. Semen
habrae sumus. qui est pater noster. Et ne/

mini vnq̃ seruiuimus. Secundum glosaz. Mentiebantur iudei quia erant serui. Et quo ad corpus. Et quo ad animaz. Primo quo ad corpus. Quia sub Pharaone fuerunt in egypto per annos .cccc. Et sub Nabucodonosor .70. in babilonia. Et sub rege Moab in eglon decem ⁊ octo annis. Et romanis dabant tributum Joannis decimo nono. Non habemus regem nisi Cesarem. Nemini vnquam seruiuimus. Secundo seruus quo ad animam: dicit. Amen dico vobis: qui facit peccatum seruus est peccati. Uos estis serui diaboli. ⁊ filij. Unde subiungit. Uos ex patre diabolo estis: ⁊ desideria patris vestri vultis facere. Secundum glosam. Diabolus pater iudeorꝫ: tria habet in se que iudei imitabantur.

Primo est iniquus. Damascenus. Omnis malicia: ⁊ omnis immundicia a diabolo sunt excogitata. Et iudei erant iniqui contra christum. Hieremie. xviij. Uenite cogitemus contra iustum cogitationes.

Secundo demon est crudelis. Apocalip. xij. Ue terre ⁊ mari: quia descendit diabolus ad vos habens iram magnam. Et iudei erant crudeles: quia interficere querebant eum. Tertio mendax: ⁊ ipsi similiter quia mendaciter christum infamabant dicentes ipsum esse peccatorem in corde Jo. 8. Nos scimus: q2 hic homo peccator est. Seductorez in ore. Mat. 27. Recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens ⁊c̃. Et transgressorem in opere. Joan. ix. Non est hic homo a deo qui sabba. non custo. quia igitur iudei contra christuz sic inique cogitabant. sic crudeliter eum occidere disponebant. sic mendaciter eum infamabant. ideo ex patre diabolo erant. Ubi ad propositũ: de mendacio erit sermo. De quo tria videnda sunt.

¶ Primum dicitur offensionis.

¶ Secundum dicitur assimilationis.

¶ Tertium dicitur priuationis.

Jrca primum. Dubium queritur.

c Utrum mendacium sit peccatum:

Ad hoc sunt due opiniones. Una dicit ꝙ non. Alia ꝙ sic. Prima probat intentum suum triplici medio. Primum est tale. Nullus remuneratur a deo pro peccato. Quia peccatum est malum. Sed aliqui sunt a deo remunerati propter mẽdacium: vt habetur Exo. i. de obstetricibus hebreorum. Sephora ⁊ Phua. que sunt mentite Pharaoni: ⁊ tñ a deo premiate: ergo mendacium non est peccatum. Secundũ est. Facta sanctorum narrantur ad informationem vite nostre. Sed de quibusdaz viris s. legimus ꝙ sunt mentiti. Geñ. xij. Abraaz cum interrogaretur de Sarra ab egyptijs: dixit eam sororem suã: cũ tamen esset vxor sua. Preterea Geñ. 17. Jacob mentitus est di. Ego suz Esau: vt acciperet benedictõez. igitur ⁊c̃. Tertium est tale. De duobus malis: minus est eligendum. Di. 2. c. Priuilegiũ. Et. ff. de periculo ⁊ cõmodo rei vẽdite. Et Insti. de obligationibus que ex delicto nascuntur. §. Furti. Et Cicero in Top. Panciora: mala: pluribus malis anteponãtur. Et Aristõ. 5. Ethi. Minus malum est eligibile maiori. Sed minus malũ esset ꝙ aliquis euitet maius malũ pro mendacio: maxime cum nulli malum inferatur. vt patet de vxore. vt rumores viri vitet. igit ⁊c̃. Huius opinionis fuit Jo. Cassi. in collationibus Joseph. Cum quo sunt aliqui religiosi. Unde patet prima opinio. vbi concludunt ijs rationibus mendaciũ nõ esse peccatum. Isti valenti homines.

¶ Secunda. Opinio est: ꝙ mendaciũ semper est mortale: aut veniale peccatum. Ecclesiastici. 7. Noli velle mentiri. Quia Sapien. i. Os quod mentitur. occidit animaz. Et ps. Perdes omnes qui ⁊c̃. Jgitur. Ad quã diffi. Tho. 22. q. iio. ar. 2o. Alber. in. 3. di. 2i. ponendo hanc conclusionem. Quod nunq̃ potest dici mendaciũ sine peccato. Sed nota s̃m Augu. 23. q. 2. c. i. Quod triplex est mendacium. Jocosum. officiosum. perniciosum. Primum ⁊c̃. Quod fit causa solatij. Et licet non sit mortale. tamen est veniale: nec licitum. Unde. 20. q. 2. Omne genus mendacij sũmopere fuge: nec vt solatium prestes mentiri studeas. Quia Mat. xij. De omni verbo ocioso quod ⁊c̃: Et vt dicitur extra de consuetudine. c. si. Mendacium iocosum mortale efficitur ratione male cõsuetudis

le consuetudinis. Jo. v. Sit sermo vester: est est: non nõ. Secũdum dicitur ⁊c. Quando quis mentitur causa vtilitatis proximi: ⁊ istud ẽ etiaʒ veniale. Quia vt dicit apostolus Ro. 3. Non sunt facienda mala vt veniant bona. Et extra de symonia. c. Ad apostolicam. Sub pretextu pietatis: non est impietas committenda. Et. i. q. i. c. Non est. Et. 14. q. i. c. Forte. Et. 3. q. i. c. Nosce: vbi dicitur: Non licet rapinam facere. vt fiant elemosine. Quia vulgo dicitur. Robar non se vole: per dar a dio. Tertium ⁊c. Et hoc quando quis false mentitur in preiudicium proximi: ⁊ hoc est mortale. Unde patet quod omne mendacium dicitur peccatum. Que conclusio ꝓbatur contra mendaces. tripli ci ratione.

¶ Primo ratione peruersionis.

¶ Secundo ratione probabilitatis.

¶ Tertio ratione infectionis.

¶ Primo ⁊c. Quicunqꝫ peruertit ordinem nature: peccat. Sed mendax est huiusmõi: igitur ⁊c. Sʒ quis est ordo nature: Respõdeo: vt omnia fiant ad fineʒ: iuxta illud. 2°. Phisico. Omne agens agit propter finem. Ipsa natura operatur ad aliquem finem. Ad quid natura dedit duos pedes: Certe ad ambulandum. Aures ad audiendum. Et sic de aliis sensibus. Unde in primo celi. Deus ⁊ natura nihil faciunt frustra. Ad propositum. Ad quid natura o mendax tibi concessit linguam in ore: Ad mentiẽdũ forte: Uere nõ. Sed ad dicendũ ore. quod versatur in corde. Quia vt dicit Tho. i. p. q. 58. a. 2°. Soli deo: cor hominis patet. Unde ⁊ apostolus dicit. i. Cor. 2°. Quis hominum scit que sunt hominis: nisi spiritus hominis qui est in ipso: Et Jere. 20. Prauuʒ est cor hominis ⁊ inscrutabile. Et dist. 32. c. Erubescant. Secretorum cognitor est dominus. Cum ergo a nobis cognosci nõ possit: ideo sermonem habuit: vt manifestet et notificet conceptus sue mentis. Unde philosophus. 3°. anime. Linguam tantum habet homo: vt aliqd significet alteri. O mẽdax: qui contra menteʒ vadis. Mercator dicit rem esse vnius bonitatis: quã scit nõ esse verum. Sic caligarius. Sic alii mercatores. Cõtra tales David: clamat. Diminute sunt veritates a filiis hominuʒ. Isa. 59. Corruit veritas in plateis: ⁊ facta est in obliuionem. Et Jere. 9. Docuerunt linguam suam loqui mendacium. Ose. 4°. Non est veritas in terra. Ubi sunt qui hodie veritatem libere pronuncient. Si de mẽdacio fiere ⁊ mercantia fierent: ⁊ solueretur gabella: fierent in breui diuites domini temporales. Quia maior est: qui fit in mũdo. Ideo David. Canta. Ego dixi i excessu meo omnis homo mendax. Exemplum in vitis patrum. de monacho qui demone inuẽto cuʒ ampullis. Mecum inquit porto vnguenta: vt homines mentiri diuersimode faciã. Quidam vnam bosietam. Quidam vnam bosiam. Quidam bosiaʒi da lybra. Unde pono hoc vitium per omnes status.

Secũdo ratione ⁊c. Omne quod est cõtra diuinum preceptum. est peccatum grauissimuʒ. Sed mendaciũ est contra octauũ preceptum. Exodi. 20. Non loqueris cõtra proximuʒ tuũ. falsuʒ testimoniũ. Et Exodi. 23. Non suscipias vocem mendacii. Mendacium fugies. Et Leui. 19. Non mentiemini: nec decipiet vnusquisqꝫ proximuʒ suum. igitur ⁊c. Non immerito. quia deus hoc vitium summe detestatur. Salo. in prouerbiis. Sex sunt que odit deus ⁊ septimũ detestatur. scilicet linguam mendacem. Primuʒ senex fatuus. Secũdum pauper superbus. Tertium diues fallax. Quartum ancilla que dominari voluerit. Quintum cuʒ seruus regnarit. Sextuʒ cum vxor dominari ceperit. Asculanus. Quella casa non mi place: doui la gallina canta: el gallo tace. Septimum virum mendacem. Unde secundum Theo. duo sunt peccata grauia. Primum peccatum blassemie. Secũdum mendacii. quia nullam causam cõmittendi habet homo. Ideo philosophus. 4°. Ethi. Mẽdax est vituperandus. Et. 4°. Top. c. 8. Per se mendacium prauum ⁊ fugiendũ est. veruʒ autem ⁊ bonum laudabile. Ad quod facit exemplum de patrefamilias. De quo ponit Orosius rome fuisse: qui habuit tres filios: vnum superbum: alium luxuriosum: alium mendacem. Qui cum venisset ad mortem legauit superbo vnam possessionem. luxurioso vnam aliam. mendaci nihil

voluit fugere di. Quod ille erat indignus quia peccabat ex propria malitia. Unde Tho. ⁊ Augu. ponunt casum: de illo qui homicidio commisso fugit in domum alicuius vicini. Queritur ab officiali. Si ē tal' in domo: Utrum talis debeat mentiri pro huius vita: an non: Dicit q̄ .3. sunt homini licita. Tacere veritatem. Non dicere mendacium. Et facere fictionem. Si aliter non potest: potius debet finere mori: q̄ mentiri. Quia vt dicitur extra de vsuris. c. Super eo. Non licet pro alterius vita facere mendacium. Et .3. ethi. dicitur. Melius est mori q̄ facere contra bonum virtutis. Et Cicero de Amicitia. Nulla est enim excusatio: si amici causa peccaueris. Et .3. Para. Peccar̄ certe nemil lz. Und̄ merito Augu. contra mendaciū. d. Q̄d preceptum pfectorum est. non solum nō mentiri omnino: sed nec velle mentiri. Exemplum monachi patricij. qui dicebat iocosum verbuz eē quasi mortale in ore xp̄iani. ¶ Tertio rōe ⁊c̄. In .3. aīe dicit phy. Q̄d veruz ⁊ falsum sunt in intellectu. Et sicut verum ē bonum intellectus: ita falsum loqui: est malū ipsius. Intellectus autem hominis naturaliter vult. affirmatiuam aut negatiuam conclusionem. Nec aliquis vult falso decipi. siue fidelis siue paganus. Mendax autez facit contra hoc. Quia sua falsitate vl't obfuscare intellectum hominis: Quod est graue peccatum. Unde Alber. super Luc. dicit. Q̄d nihil laudabilius potest dici de aliquo: q̄ talis est verax. El so parlar e dare. Et nihil vituperabilius: q̄ iste est mendax. Ubi dicit Ansel. Q̄d hoc peccatum adeo graue est. q̄ licz deus possit dispensare de multis preceptis: vt de furto. Non tamen potest de mendacio: aut iocoso: aut officioso: aut pernicioso. quin sit peccatuz. Et ratio. Quia cum sit veritas. Jo. x. Ego sum veritas: contra se diceret. Quod ē impossibile. Apostolus. Fidelis est deus: qui seipsum negare non potest. Ad argumēta. Ad primum. De obstetricibus heb. Respōdeo ḿm Dominicum Tolosanum. Q̄d nō fuer̄t ṗmiate de mendatio ratione mendacij: Sed ratione timoris quem habuer̄t si occidendo pueros. Unde signanter dicitur. Quia timuerunt obstetrices deum: edificauit eis domos. Sequens autem mendacium non fuit meritorium. Ad secundū. Respondeo. Q̄d Abraam non est mentit⁹ nec Sarra. di. se esse sororem suam. Quia soror dicebatur: que erat filia. Et tunc temporis: filie fratris ducebantur vxores. Ad illud de Jacob. Ego suz inquit Esau: verum dixit. Quia quāuis vltimus fuerit egrediendo: fuit tamen primus conceptus in vtero. Cui vere primogenita debebantur. Quāuis Nicolaus super. 27. Gen̄. Et Bon̄. dicant q̄ venialiter peccarunt isti. Ad tertium de opinione. Jo. Cassia. Dic q̄ a doctoribus reprobatur illa opio: per rationes supradictas.

Secundum dicitur ⁊c̄. Mendax assimilatur tribus generibus personarum: ḿm doctores.

¶ Primo. Diabolo.
¶ Secundo. Jude.
¶ Tertio. Caym.

¶ Primo ⁊c̄. Fuit enim primus inuentor mendacij: quando dixit Eue. Gen̄. 3. Nequaq̄ moriemini. Sed mentitus est in caput suum. Ex quo sequitur: q̄ omnes mendaces sunt filij diaboli. Jo. 8. Uos ex patre diabolo estis. Quod declarat di. Et desideria patris vestri vultis facere. s. opera eius: mentiendo. Quia vt dicit. Mendax est. ⁊ pater eius. Unde est pater mendacij. Quia primus inuentor. Ambro. 24. q. 5. c. Cauete fratres mendacium. q2 omnes qui faciunt mendatiuz: filij sunt diaboli. In demone sunt tres proprietates. Est superb⁹. Est inuidus. Est mendax. Si ergo filij per imitationem: filijs debetur hereditas patris: ergo mendacibus filijs diaboli debet patris. Sed que ē: Respondeo. Infernus. ⁊ ignis. Apoc. 21. Mendacibus pars eorū in stagnum ignis ⁊ sulphuris. ¶ Secūdo iude assi. Judas enim chri stū vendidit iudeis. 30. denarijs. Mat. 26. Canta. Quid vultis mihi dare: ⁊ ego eum vobis tradaz: Qui ergo dicit mendatium: veritatez vēdit: ⁊ per consequens xp̄m. O quanti sunt: qui pro vno solido sacramenta falsa accipiunt. ⁊ periuria cōmittunt. Totiens veritatem vendunt. Ut patet per Hiero. xi. q. 3. c⁹. Estimant. Contra quos. p⁹. ethi. philosophus. Duobus existentibus amicis: sanctum est

ctum est

ctum est honorare veritatem. Cum quo ẽ
Cicero lib. de amicitia: vbi volunt verita/
tem anteponi amicitie. Nec mirum q₂ ve/
ritas est opus spiritus sancti. Unde Eccle
siastes. 27. Ante omnia opera: verbum ve
rax precedat te. Ideo Tho. 22. q. 58. ar. 4.
Qd veritas est tante efficacie: ꝙ nunꝗ de
bet pretermitti. O pater egre ferent. Non
cures. Quia dicitur extra de re. iur. in. 6°.
Et Augu. li°. de libero arbitrio. Si de ve/
ritate scandalum nascitur. vtilius scanda/
lum nasci permittitur: ꝗ veritas relinqua
tur. Imperoche. 2. de Trinitate. dicit Au/
gust. Incomparabiliter pulchrior est veri
tas christianorum: ꝗ Helena grecorum.
De Helena narrant historie. Qd cum Pa
ris duxisset eam in Troyam: pre sua pul/
chritudine grecis raptam: greci cum. M.
cc. nauibus Troyam venerũt: obsederũtꝗ
eam annis. x. Tandem funditus eam euer
terunt. deleuerunt. Unde Troya vastata
fuit ob mulierem. Debet ergo veritas ante
poni omnibus rebus. quia pulchrior res
mundi et omnibus placet. Aristo. p°. Ethi.
Omnia vero consonant. Ad quod facit fi/
gura. 2. Esd. 3. et. 4. c. Quomodo secretarĳ
regis disputauerunt in conuiuio hanc con
clusionem: Quid esset in mundo fortius:
Aufferunt quatuor qui omnes sunt vide
re dixerunt. Primus dixit. ꝙ vinum est for
tiꝰ omnibus rebus mundi: quia facit per
talenta. De quo Prouer. 31. Nullum est
ibi secretum vbi regnat ebrietas. Ex eo q₂
hominẽ totu₃ letificat. ps. Uinum letificat
cor. Si vis a principe gratiam pete stoma/
co prius confortato: quando cõfortauit be
tinum. Sine vino: nihil fit. Unde communi/
ter amicus inuitat alium ad bibendum.
Et cõmuniter dicitur. Talis tabernarius
h₃ bonum vinum. Et Theotonici dñt. A
montfiascon star bon vin. 2ꝰ dixit ꝙ Rex:
quia vnu₃ suspẽdit. ꝙ alium liberat. 3ꝰ di
xit ꝙ mulier. Quia omnes statꝰ propter il
lá se mantengano et exercentur. Spetiarĳ
faciẽdo vnguẽta. Sutores scarpas rubras
Sartores vestes sfozatas. Barberos peru/
cas iuuenibus: qui apperent poltrones: ni
si essent mulieres. Preterea ipse se afaitát
ostẽdendo illis mamillas nudas. brachia:
spallas. vbera. Che ge mancha: 4ꝰ qui fuit
Zorobabel qd erat ꝟitas. De qua Nee. 3.
Forte vinum. fortis rex. fortis mulier. sed su
per omnia veritas vincit. Sed hec non in/
uenitur inter homines. Iere. 8. A prophe/
ta vsꝗ ad sacerdotem cuncti faciunt men/
daciũ. Ad quod facit figura de Filerite: q
dicebatur amator veritat̃. Qui in silua q̃/
dam ꝟitatẽ repperit: qua₃ cõduxit per om
nes status totã lachrimosã: vt si locum in/
uenire posset. Primo conduxit ad aduo/
catos et procuratores: quos repperit vacu
bie. inuidie. ire. Et nihil facis o homo. Secundum: quia extra ciuitatem cum blasfemijs eijciunt ipsum deum. O quot blasfemie. Quale castrum. villa. ciuitas. vbi non vituperetur nomen dei: Unde Pius papa ad Turchum. Confusa sunt omnia ⁊ turbata. Blassematur deus. nullus timor. nulla legum reuerentia. Tertium: quia occiderunt ambassatores. i. predicatores: qui hodiernis temporibus non audiuntur: sed potius fabule: canadenti. Apostolus. Ad fabulas conuertent. Quartum quia reginam. i. ecclesiam militantem nudauerunt. O prelati ecclesie quomodo hodie stat ecclesia: Bona pauperum ⁊ religiosorum ⁊ conuentuum vadunt in caualli. cani. De illo prelato cardinali qui sex mille ducatos expendit omni anno circa canes: ⁊ eorum seruitores. O dio: graue peccatum. Alia bona in comedendo. O pieta: nunc est nuda la meschina: Male stant alturia: omnia desolata. Quintum quia filias violauerunt idest dona spiritus sancti: inter que precipuum ē el timor de dio. De quo. ps. Initiū sapientie est timor domini. Unde tot mala: Quia non est timor dei ante oculos hominum. Sextum quia filius qui regnare debebat diuiserunt in duas partes. O ciues mei audite me. Diuiserunt in partem guelfam ⁊ partem gibellinam. O fides catholica: quomodo male tractaris. Ex hac diuisione omnia mala eueniunt. Osee. x. Diuisum est cor eorum: nunc interibunt. Contra apostolus ad Ephe. 4. Una fides. vnū baptisma. vna ecclesia. vnus deus: A chi viua: o placentia. guelfo: gubellino: Clama. Uiua la fede: viua iesu christo: viua el paradiso. Ex hac diuisione sequuntur: destructiones ciuitatum. occisio hominum. Unde Pius papa responsum habuit a Turcho. Quod non timebat christianos: quousque regnabat inter eos hoc verbum: guelfo ⁊ gibellino. Et cum dicerent ei sui barones. Illustrissime princeps tota christianitas se contra vos mouet. Respondit vni ex illis. Apprehende fasciculum sagittarum ⁊ frange. Probauit: sed minime potuit. Iterum tentauit: sed non potuit. Iste autem eas apprehendit a vna vna: ⁊ eas fregit. Sic faciā inquit de xpianis a vno a vno eos frangam: quia non sūt vniti. Pratica. Pp discordias q̃ veniūt mala oia. O tore preparate le brune. Quia cito venient dies: in qbus filius fugiet patrē. filia matrē. amicus amicū. vicinus vicinū. O italia plāge. O italia time. O italia caue ne ppt discordias tuas in te desęuiat ira dei. Uocauit ipse te multis ānis: dotauit amplis bñficijs. Misit ad te pdicatores suos. Terruit te signis ⁊ pdigijs. Sensisti terremotus. pestilētias. ⁊ sterilitatē grandē. Cōminat⁹ ē tibi de⁹. Sic. Certe hoc fecit vt induceret te ad pniam. Et tu in dies durior fis in pcis. ⁊ malitia pseuerādo. O italia decora. O regio diuitiarum plena. Noli cōtēnere deū. noli exacerbare maiestatem eius. Sed reuertere ad dñm deū tuū: penitendo de peccatis tuis. Qd si egerim⁹ ⁊c.

¶ Feria. 2. quarte hebdomade quadragesime. De ludis fortune.

Uferte ista hinc. Jo. 2. c. ¶ Erat prope pascha iudeorum ⁊ iesus ascendit hierosolymā. In tribus solennitatibus in anno tenebātur conuenire in hierusalem: vz. in pascha. in penthecos. in festo tabernaculorum: vt dicitur Exo. 23. Ascendit autem iesus ad festum pasche. Et inuenit in tēplo oues. ⁊ boues. ⁊ colūbas: ⁊ mercatores qui talia in templo vendebant. Turbatus iesus fecit flagellum de funiculis: et omnes eiecit de templo. His autem qui columbas vendebāt: dixit. Aufferte ista hinc ⁊ nolite ⁊c. Sed quare placabiliter eiecit vendētes columbas: Respōdeo q hoc egit ratione significati: non ratione columbe. Spiritus sanctus designatur per columbā: per tres conditiones quas habet. Prima quia habet gemitum pro cantu: sic spiritus sanctus facit peccatorem gemere. Secunda q2 fine felle. sic spirit⁹. s. Sap. 12. O q̃ bonus ⁊ suauis est spiritus tuus. Tertia nidificat in foraminibus petre: sic spūs. s. in lateribus christi spem ponere facit hominē ⁊c. Uidētes talia pharisei: idignati dixerūt. Qd signū ośdis nob. s. qua ptāte hec facis

Rndit iesus. Soluite templum hoc. Solui te.i.soluetis. Non est verbum inductiuū ad faciendum: cum fuerit simplex malum ex pte iudeorum: sed est verbum denunciatiuū quod erat per ipsos fiendum. Soluite.i.soluetis. Qꝛ in passione christi: fuit anima soluta a corpore. Et in tribus diebus excitabo illud. Non dicit post dies tres: qꝛ christ⁹ non fuit mortuus per tres complete: sed.39. horis. Dixerunt ergo iudei. Quadragita ⁊ sex annis edificatum est templum hoc: ⁊ in tribus diebus excitabis illud: Hoc dicūt iudei esse impossibile. Et multo plus derisissent: si resurrectionem sui corporis dixisset aperte. Qꝛ difficilius est resuscitare mortuum: ꝙ tale edificare templū. Et iudei non loquebantur de templo edificato a Salomone: quod fuit constructum in.7. annis: vt dicitur.3. Re.6. sed de tēplo edificato post captiuitatem babilonicam. Ille autem dicebat de tēplo corporis sui. Ac si dicat. Uos queritis signum de mea potestate. ⁊ ego dico vobis. ꝙ si corpus meum dissolueritis p mortem: ego illud resuscitabo per meā virtutem. Unde multi crediderunt in eum: videntes signa ⁊ prodigia que ⁊c̃. Applica. De ludis fortune predicabimus hodie. De quibus sunt.3. videnda mysteria.

¶ Primum. dicitur distinctionis.

¶ Secundum. dicitur abhominationis.

¶ Tertium. dicitur punitionis.

P Rimum ⁊c̃. Secundum Tho. 4°. di.16.q.vl.a.p̄. Ric.4.di.17. Archi. 2.p. Robertum olcoth super Sap̄. Albertuꝫ in.4.di.16. Duran.2.sen. Triplex est ludus. Et ſm hanc distinctionem potest ludus cognosci quando peccatum est.

¶ Primus est proueniens ex magna deuotione.

¶ Secundus est prouenīēs ex humana recreatione.

¶ Tertius est prouenīēs ex diabolica suggestione.

¶ Primus ⁊c̃. De quo in p̄s. Omnes gentes plaudite manibus: iubilate deo in voce exultationis. Et iste est ludus quem catholici faciunt in solēnitatibus: vt in representationibus corporis christi. Ascensiōis. Resurrectionis. ⁊c̃. Qui ludi possunt fieri sine peccato: vt ponunt Cano. ſꝫ Host. ⁊ Innocen. in.c°. Cum decorem. De vita ⁊ honestate clericorum. Qꝛ tales representationes si fiant cum deuotione: mouent aīos multorum. Ex hoc ecclesia inuenit vsuꝫ organorum ⁊ cantuꝫ. p̄s. Laudate eū in tympano ⁊ choro in cordis ⁊c̃. Quos Augus. ⁊ Greg. inuenerunt. Ad hunc ludum inducimur exemplo Dauid. De quo.2. Re.6. dicitur. ꝙ ludebat coram archa domini quē vxor Michol videns per fenestram eū saltitantem despexit in corde suo. ⁊ improperauit ei. Dauid autem respondit. Uiuit dominus. qꝛ ludam ante dominum qui elegit me. ⁊ ludam ⁊ vilior fiam plusꝙ factus sū ⁊ ero humilis ī oculis meis. Hoc cessit Dauid in meritum. Michol vero quia eum despexit: percussa est sterilitate. Super quo Greg. dicit. Ego plus stupeo Dauid saltantem. ꝙ pugnantem. Pugnando enim hostem subdidit: saltando coram domino: hic vilē seip̄ꝫ fecit. Unde patet ꝙ ludus iste est sanctus ⁊ bonus. ¶ Secundus ⁊c̃. Quando quis vtitur aliquib⁹ verbis solatiosis ob recreationē sui ⁊ alioꝝ: qđ non ē pcm̄. Ita tn̄ ꝙ nihil turpe misceatur. ⁊ nihil do nec primo iniuriosum. Tal' ludus ē laudabilis. Et rō est. Cū.n. hō sit occupatus circa terrena: iō indiget aliq̄li recreatione. Unđ poeta. Interpone tuis ⁊c̃. In.i. Pol. Ois labor indiget rege. Ibidē. Ludus. fit pp regem. In.4. ethi. Reges ⁊ ludus: in vita vr̄a esse nēia. Ci°. p°. offi. Ludo ⁊ ioco vti lꝫ: sic ceteris quietibus. Tho.22.q.168. Hō enim sic indiget ex parte corpis recreatiōe corporali: vt dormitiōe et cibo qꝛ est virtus finite: ita ex parte aie q̄ hꝫ finitas operationes. Uñ indiget recreatione. Ad hunc ludū inducimur duplici exēplo. 1°. scōꝝ. 2° paganoruꝫ. 1°. ⁊c̃. Jo. euāge. q aliq̄n ludebat cum auicula in solatiū. Prete. Ber. dixit culpā de nimia pnia. Petrus martyr fuit deceptus a diabolo de pcitate vite. q ad tātā miseriā venit aliq̄n: ꝙ n̄ potat apir̄ os vn̄ optebat ibocari. Pre. Anto. cū discipul' p deſtū ibat ob cāꝫ recreatōis. Quos qdā sagittari⁹ vidēs scādalizat⁹ ē. Ille vo hoc ppendēs: vocauit ad se intēderet inquiēs arcū ⁊ sic retineret. Quod ille faciēs videretꝙ arcū dficere: relaxauit. Cui Anto. q̄re sic fecisti: Rndit. qꝛ frāgeret. Ait Anto. Similiter

milit aius hois frangeret:si nūq̄ a sua in-
tentōe relaret. Prete. de Dic. q hēbat leo-
nē: ad solatiū. Et Paphnu. q hēbat q̄ndā
gattā cū qua ludebat. 2°. Exemplo paga
noꝝ. de Themistocle pho: q q̄uis ludere
nollet: alios nō impediebat. Cōtra aliquos
scrupulosos. Uale. li. 2. c. 3. Rubrica d iure
triūphādi. Triūphāti fiebāt mlti ludi sola
ciosi. vt alij mouerēt. Uñ Th. vbi. s̄. a. 4°.
Laudat Eutropeliā. q̄ est ꝯuersio ꝟborum
ad solatiū: vt hz phs. 4. Eth. Ex hoc ꝯsue-
tudo i religiōsis inoleuit. vt tpe carnasal.
z in aduētu z infra ānū: fr̄es hēant recrea
tionē. Dis ergo vtēdū est s; parū: z cauere
supaūdantiā. Qz vt dicit. ph. 9. Eth. Dele-
ctatio est necīa ad vitā. sicut sal ad cibum:
Faciūt duo mala mulieres: q̄ nimis salant
manestras. Primū. qz dāt cām murmuran
di viris. Scdm. qz nimis bibūt z catarrum
generat. De isto ludo. Zach. Ciuitas reple-
bit ludētibus. s. hoibus. pueris. religiosis.
S; q sūt ij ludi: Rndeo. Pro adolescētib9
ludus pile. Pro viris: ludus scacoꝝ. Pro iu
uenibus: iactus pali. cursus. Pro dñis tpa-
libus: sono li busoni. La caça. cani. cauali.
Pro mulierib9 ali gareli. Pro p̄latis eccle-
sie. epis. cardinalib9: catuli. simie. q̄uis coꝝ
solatia debeāt esse potius in scripturis z li
bris: q̄ in hmōi. Iuxta illud. 2. Mach. 1°.
Hñtes solatio libros sanctos in manib9 ve
stris. Qz di. 38. Ignorātia mr̄ est cunctoꝝ
erroꝝ. Pro religiosis z p̄sbyteris: ē lud9 sca
coꝝ q nō ē ꝓhibit9 eis. cū sit idustrie nō for
tune. Si tñ non est scandalum secularium.
Uñ pz. ¶ Terti9 ludus zc̄. Et est vbi fiunt
ihonesta z turpes res q̄ sunt ꝯtra d; z vitu
perat nomē dei. Sed qui sunt ij ludi: Rn-
deo. ꝙ ois ludus q innitit fortune. Ut p̄n-
cipaliter ludus datoꝝ. cartaꝝ. z naiborū z
ois ludi qui inittit fortune. z vbi agit picu
lum vite: vt giostre. z alijs exercitijs nociuis
qui ludi ꝓhibent ab ecclia: z sunt mortale
peccatū. Uñ z sācti viri marie hos vitarūt.
Tob. 3. dicit. Cū ludētibus non me miscui:
nec cū ijs qui ambulāt in leuitate Iere. 16.
In medio ludētiū nō sedi. Sed qz lusor nō
credit. triplici rōne ꝓbat mortale peccatū.
¶ Primo rōne excōicationis.
¶ Secundo rōne prohibitionis.
¶ Tertio ratione cōminationis.

¶ Primo zc̄. Snia est Th. 4. di. 18. q. 3. ar
1°. Iuste aliqs excōicari nō pōt nisi ꝓ cul-
pa mortali. p quā a charitate diuisus ē: qz
excōicatio est grauissima penaꝝ. Sed luso
res debent excōicari. Quod pz p Cano. di.
35. c. Eps aūt laycus alee deseruiēs: aut de
sinat: aut cōione priuet. O clerici audite.
Quod intelligit s; glo. qñ ex cupiditate qs
ludit: vt plures faciūt. Sed ob recreationē
z modeste vt puuli faciūt nō credo eē mor
tale. Sed hodie ludūt. mala intētione: iō
grauiter peccāt. ¶ Scdo rōe zc̄. Illud q̄d
ē p legē ꝓhibitū: est mortale. S; ludus ta
xilloꝝ z cartarū ꝓhibet p legē Cano. z Ci
ui. igitur est mortale. Uide tu o legista. ff. d
alcatoribus p totū. ff. in ꝓemio. Quis lu-
dos eos appellet: ex qbus crimia oriūtur:
Et ad. l. aqliam. l. Nam ludis. Ludus pni-
ciosus culpa est. Et in Auten. de sctissimis
epis. §. interdicimus. Clerici ad aleas et ta
xillos nō ludant: nec intersint hmōi ludis.
Et q̄uis capi. loquatur de clericis: tñ z de
laycis etiā intelligit. Qz argumentū vacat
a ꝯtrario sensu. Ut etiam dicitur Di. 35. c°.
Eps. Unde pz eius ꝓhibitio. ¶ Tertio rōe
zc̄. Qz talibus cōminat de9 Luc. 6. Ue vo
bis. s. lusoribus: q nunc ridetis. Glo. ꝓ luso
ribus intelligit. Ue aūt signat dānationez
eternā: q̄ nō nisi ꝓ mortali dētur. Igit est
mortale ois ludus fortune. Uñ pz cōclusio.
In qbus ꝟbis dubiū qr. vtrum teneātur
ad r̄stitutōez tales: Rñdet Th. 22. q. 32. a.
7. ꝙ in trib9 casibus tenet qs quod acqrit
p ludū. Primus est cū acqrit ab ijs qui nō
pñt alienare: vt sunt furiosi. mētecapti. mu
ti. z minores. 25. ānoꝝ: z maxie pupilli. Te
net ergo ad restitutōez tutorib9 z curatori
bus. Et q vicisset seruo: qz qcqd hēt est do
minoꝝ: z qd acqrit dño acquirit. C. p quas
psonas nobis acqrit. l. i. Et. ff. d tpibus pu
blicis. l. Pecuniā. ¶ Secūdus casus. Cum
acqrit p fraudem. Puta vtendo falsos ta-
xillos. Uel alio mō decipiēdo. Nā hoc ē re
stituendum ei q amisit vel habenti curam
eius: quia furtū est. ¶ Tertius casus. Qñ
qs traxit aliquē ad ludū. vl' per vim aut p
importunitatē. siue in principio siue medio
ludi cū velit desinere z nō finit: tenetur ad
restitutōez. Sed qbus fiet restitutio qñ vo
lūtarius cū volūtario ludit ex cupiditate:

non per fraudē: Rndet Th. Jo. andr. Petrus de Pal. Jo. Cal. sup cap. Clerici. ꝙ sūt paupibus eroganda: aut ad ꝯsiliū confessoris. Unde patet primū.

Secundū dicit̄ ⁊c. Non est peccatuꝫ ita v̄o abhoiabile: vt peccatū ludi. Et vix est dare actus in quo cōcurrant tot mala: sicut ex ludo. Et sicut deus inuenit. 21. litteras alphabeti: alie aūt postea sunt supaddite ad cōponendū biblīā: vbi ē dīs sapīa reuelata. Jta diabol⁹ inuenit bibliam. s. datos. vbi posuit. 21. puncta tanq̄ lr̄as nigras. Ubi in vsu suo repitur omnis malitia peccati. Et quo tsunt puncta in datis tot ab eo scelera ꝓcedunt. Qꝛ videam⁹ per ordinē peccata: que ab ipso ꝓcedunt.

℄ Prima littera est A: quasi primus pūct⁹ quod est peccatū. i. amissio tp̄is: quo nihil est p̄ciosius. Qꝛ in. 4. ph. Nihil habem⁹ de tempore nisi nūc. De quo nūc. 2. Cor. 6. Ecce nunc tp̄s acceptabile: ecce nunc dies salutis. Et Ber. Nil p̄cios⁹ tp̄e. Sen̄. ad Luc. Ep̄la. i. Jta fac mi lucilli. vendica te tibi. et tp̄s quod adhuc aut auferebatur aut surripiebat̄ aut excidebat collige ⁊ serua. Oīa mi lucilli aliena sunt: tp̄s tm̄ nr̄m est. Jta p̄ciosum est: ꝙ dānati darent oia regna mūdi pro hora tp̄is. Et q̄uis multis videatur leue: tn̄ etiā paganis sapientibus graue reputat̄. Sen̄. Nulla maioꝛ iactura: q̄ tēporis amissio. Nō pōt recupari. Poeta. Tempo perduto ⁊c. Eccli. 4. Fili ꝯserua temp⁹. Jstud amittitur a lusoꝛibus. O quā poter̄t reddere rōem deo: q totā diē ⁊ noctē aliq̄n perdunt i ludis.

℄ Secūda littera est B. i. Blassemia. Cantāt̄ letanie in vituperiū sanctoꝝ. Jn nullo exercitio ita sepe blassemat̄ deus magnus: vt in ludo. Un̄ deus ꝯqueriē Jsa. i. Filios enutriui ⁊ exaltaui ipi āt spreuerūt me. Et Ro. 2. Nomē meū iugiter blassematur. Sꝫ deus particulariē eos punit. Aliq̄n oculi taliū ceciderunt sup mensa lusoꝝū: vt Rauēne. Aliq̄n os versum est horribiliter. Et de quodā mantuano qui degluticbat bolū in oꝛe cum digito. Aliq̄n sunt moꝛtui mala moꝛte.

℄ Tertia littera ē C. i. ꝯtūelia. Nā ꝯtumelias. sibi inicē dicūt. Gaioso. asino. Ladro. quod est pctm̄ moꝛtale: vt dicit Tho. 22. q. 72. ar. 2. Et rō. qꝛ ledit ꝓximū suū in fama cōtra charitatē. Un̄ xp̄s Mat. 6. Qui dixerit fr̄i suo fatue: quod ꝑtinet ad ꝯtumeliam reus erit gehēne: q̄ non debetur nisi ꝓ moꝛtali. Jgitur est moꝛtale peccatum.

℄ Quarta littera est D. i. dissipatio substā tie tp̄al: frequēter videmus hoc ꝯtingere. ꝙ iuuenes emācipati a p̄etib⁹ magnas diuitias expendūt. ⁊ ad maximas miꝫias veniunt. Luc. 15. Dissipauit substantiam suā viuendo luxuriose.

℄ Quinta littera est E. i. Ecclesie ꝯtēptus. Qꝛ cū eccl'ia ꝓhibeat ludū foꝛtune: tn̄ nō curāt. imo truffāt. Et q truffat ecclesiā: deū truffat. Luc. x. Qui vos spernit: me spnit. O lusoꝛes. O praui. O peruersi. qui deum spernitis.

℄ Sexta littera: est F. i. furtū. Nā q deditl sunt ludo. qn̄ nō habent ad ludendū furantur. ⁊ p̄ri: ⁊ alījs. O parētes respicite bene domū. O artifices q habetis lusoꝛes: respicite bene: qꝛ opus est. O peccatū graue.

℄ Septīa littera: G. i. gula. Qui. n. vincūt: sicut male acq̄sierunt pecuniā. ita male expendūt: qꝛ eunt ad tabernas. faciūt conuiuia. expendunt in crapulis. Et filīj. vxoꝛ. ⁊ familia nō nisi cum mala conscientia comedere possunt.

℄ Octaua littera: H. i. homicidiū. Nā aliquando lusoꝛes de verbis veniūt ad verbera. De verberibus ad vulnera. De vulneribus ad homicidia. O quot occiduntur. Sicut de illo qui occisus est pro vno marculo mantue.

℄ Nona littera: est J. i. inuidia fr̄na. Nam qui perdit: quādo videt bursam vacuari. ⁊ vincentis plenā inuidet de pecunia. vnde dolet. Et hoc q̄nq̄ ꝓcurat aliquod malum cōtra ip̄m. Dolet. tristat̄. clamat.

℄ X. est k. i. Caristia rerū q̄ sequitur in domo. Modo deficit panis. mō vinum. mō lectus. mō vestis vxoꝛis. it ad iudeū: vxoꝛ cōqueritur. familia irascitur. maledicit. Unde nulla est pax. Jsa. 77. Nō est pax impījs dicit dn̄s. O lusoꝛes. O puersi. O mali.

℄ XI. est L. i. Laudatio mala: qꝛ se laudat esse bonū lusoꝛē. vn̄ de malo se laudat. Cōtra. Prouer. 2°. Letāt̄ cū male fecerint. Et ps. Laudatur peccatoꝛ in desiderījs anime sue. Unde est peccatū moꝛtale.

℄ Xij. est

¶ Xij. est. M. i. mēdaciū. O quot mēdacia dñr ibi. Cōtra Ps. Perdes oēs q loquunt mēdaciū. Uñ sunt filij diaboli. Quia Jo. xi. Mendax est. ⁊ pater eius.

¶ Xiij. est N. i. Negligētia. Nā lusores: ꝓpter hoc vt habeant maiꝰ tp̄s ad ludendū: negligunt diuina. missas. officia. oratiōes. p̄dicatōs. nisi forte orent vt deus faciat eos vincere. Sed audiant Amb. Nescit diuina iusticia patrociniū prestare criminibus. Negligunt seruare festa.

¶ 14. est O. idest odiū. Nam odiunt eos q vincunt eis: ⁊ ꝙ peius est deū qui nō facit eos vincere. Et in tm̄ odium ꝓrumpūt aliquando: vt quod nō possunt ipsi scelesti homines facere in ꝑsona dei ⁊ sanctoꝝ: faciūt in picturis ⁊ imaginibꝰ quibus miraculose aliquando exiuit sanguis. Et aliquādo tales a diabolo arrepti sunt ⁊ vexati. Odiunt etiam homines se reprehēdentes de tanto scelere. Odiunt seipsos. O quot sunt reperti. qui seipsos occiderunt. ⁊ iucrunt se picandum.

¶ 15. est P. idest ꝑticipatio sceleris. Hoc peccatū a multis parcipatur. Ab illis qui dant eis pecunias. Ab aspicientibus. Ab illis q dant eis mensam. A facientibus datos &c. Ro. p̄. Digni sunt morte. qui cōsentiunt facientibus.

¶ 16. est Q. idest questiō litigiosa. Dū vnus dicit sua puncta tot fuisse: alius negat. vnꝰ dicit vnū: alius oppositum. Quod contra apostolus. Honore inuicem preuenietētes.

¶ 17. est R. idest Rapina. Aliquādo quasi violenter vnus trahit alterum ad ludum: vel volentem abire retinet inuitum. Et falsos datos submittit. Tūc est sicut rapina.

¶ 18. est S. idest Scandalum: quia hoc vitio scandalizantur paruuli. vt cito inclinentur ad tale vitium: cum sit vna cosa giota. Et tu o paterfamilias castiga filium.

¶ 19. est T. idest tristitia. que tanta est: vt nihil boni sciat agere: nec ire ad diuina.

¶ 20. est U. idest vsura. Si quis vult decē pro centum pro mutuo que exponit: est vsura. Sed quid de illo qui cum. x. florenis exponit se ad ludum: ⁊ eadem die lucrabitur centū florenos? Usura est.

¶ 21. est. x. idest xp̄ianitatis vituperatio ⁊ Qꝛ per ludum vituperatur nomen dei. Cōtra illud apostoli. Non vituperetur ministerium nr̄m. Peto a te o lusor. Es ne xp̄ianꝰ? Accepisti baptismū? O p̄r sic. Ego dico ꝙ non. Qꝛ vt dicitur extra de p̄bēdis ⁊ dignitatibus. c. Cum s̄m apostolum. Christiani dicuntur a xp̄o. Non es christianus sed iudeus. Ad vos clamo o ciues: qui non corrigitis talia mala. Propter q̄ veniūt fames. caristie ⁊ alia mala. Patet primum.

T Ertium dr̄ &c. Duplici pena punitur hoc vitium. Primo tp̄ali. Exo. 32. Qꝛ ppl's adorauit vitulū aureum ludens coram eo: occidit dñs de eis. 23. millia. Preterea. s. Vinc. dicit ꝙ quidā ꝑdidit ludendo: iratus sagittā ꝟsus celum misit quasi volens deū ꝑcutere: q̄ die. 3. reuersa est sagitta ⁊ percussit lusorē super mēsam ⁊ mortuus est. Scd̄o punit̄ pena eternali. De qua Cyrillus ad Aug. refert de quodā nepote suo qui orbatus parentibꝫ eū educauit. Hic in iuuentute mortuus ē. Apparuit āt patruo suo Cyrillo di. esse dānatū. clamans cū lachrymis. Pro nulla alia re inquit: nisi qꝛ non proposui me abstinere a ludis ex quibus deū vituꝑaui. Preterea Cesarius narrat de quodā milite q Themo vocabat̄: sic erat deditus ludo vt die noctuqꝫ sp̄ luderet. Apparuit ei demon in specie hois eū inuitantis ad ludum. Cum āt suaderet ei demō: vt iteꝝ luderet quia perdebat. iratus dixit miles. Uere es diabolus. Respondit. Sic sū. Et statim suffocauit ipsum: ⁊ mortuus est damnatus. Corpus autem super tegulas diabolus dissipauit per viscera. Exemplum in vitis patrū de illo qui orauit crucifixum. Quod peccatū ei displicebat. Respondit ꝙ ludi. in quo nomē dei blasphemat̄. Interpone Aug. di. Uidetur consumata nequitia hominū qui filium dei crucifixerūt: sed eorum maior qui nolunt recte viuere. Et Job. 21. Tenēt tympanum: ⁊ gaudent ad sonitum organi. in puncto autem ad inferna descendunt. Corrigant se itaqꝫ lusores ⁊ reuertātur ad dominum: quia ipse dabit illis gratiam: et tandem gloriam sempiternam.

¶ Feria tertia quarte ebdomade de penis inferni.



Am dic festo mediāte: ascēdit iesus in templū ꝛ docebat. Joā. 7. ¶ Scḋm Nicolaū de lira: Dies festus hic dī totum tp̄s illius solennitatis q̄ durabat per dies. 7. Et sic mediū huius festi erat in. 4ᵒ die. Et tūc xp̄s ascēdit ꝛ docebat. Et mirabanť iudei dicētes. Qūo hic litteras scit cū non didicerit: Scḋm glo. Opinio inter iudeos fuit ꝙ xp̄s eēt pauper: ꝛ filius fabri. Mar. 6. Nōne hic est faber: Et Mat. 13. Nōne hic ē filius fabri: Et ꝑ ꝯñs credebant isti iudei: ꝙ eēt eiusdē artis. cū patre suo putatiuo Joseph qui dī fuisse faber lignarius. Et probabile videť. ꝙ xp̄s eandē artē exercuit: q2 nō fuit occupatus in lr̄is ꝛ doctrina: vsq3 ad tricesimū etatis annū: nec ante fuit intētus studio: s3 qḋ dī. Quo modo hic litteras scit ꝛc̄. Nec ē verisimile ꝙ tanto tp̄e fuerit ociosus. Magis autem verisimile est: ꝙ fuerit occupatus in arte patris sui putatiui q̄3 in alia. Et hoc videť per opinionem iudeorum. Qūo hic lit. ꝛc̄: Respondit iesus. Mea doctrina: nō ē mea. q. d. Jsta doctrina que est mea approbatiue. ꝛ subiectiue. Non ē mea: per exercitium humane acquisitionis: sed eius qui misit me. i. data est mihi a patre. Quia filiꝰ s̄m naturam diuinam: licet habeat eandē sciētiam cum patre: tamē habet eam ab ipso. Scḋm ꝟo naturam humanā: habet aliam sciam. s. creatam: non tñ habet eam ꝑ exercitium acquisitam. sed ab instāti ꝯceptionis infusam. Mea ergo doctrina nō ē mea ꝛc̄. Inter istos iudeos erant tres ḡnatiōes pessime: contra xp̄m aduersantes. Quidā aduersabantur: eo ꝙ in sabbato curabat: cū nō liceret iudeo aliquid facere ꝛc̄. Quibus rñdit xp̄s. Mihi idignamini q2 totū hominē sanū feci in sabbato. Nūquid vos n̄ circūcidit̄ pueros vr̄os: Et aīalia soluitis: Multo fortius curare possum corpa hoīū in sabbato. Alij idignabanť. Quia querebāt eū apphēdere: in ꝑsona. Quibus rñdit. Quid me q̄rit̄ iterficere: Iudei magnū opprobriū ei itulerť. Demoniū habes. S3 patiens fuit ad hoc: in exemplum nostrum ꝛ Bias philosophꝰ. Infelix nāq3 nimiū est q ferre nequit infelicitatē. Periander ph̄s. Inter scḋas res esto moderatus: inter aduersas ꝑrudēs. Alij idignabanť. Q2 oino mortē in eū querebāt. S3 xp̄s expandit in eos clamydē sue mi̅sicordie. Q2 eos ꝯuertit a sua malitia. Vñ dī. Multi de turba crediderūt in eū. Glo. Cepit eos spūalr̄: q corpalr̄ volebāt eū cape. Q2 s̄mo dei ē hamus. qui dū capit capiť. Applica. De penis inferni hodie erit s̄mo. Que sunt quinq3.

¶ Prima. dī cruciatio eternitatis.

¶ Secunda. dī priuatio luminositatis.

¶ Tertia. dī afflictio igneitatis.

¶ Quarta. dī associatio malignitatis.

¶ Quinta. dī priuatio diuinitatis.

P Rima dī ꝛc̄. Queriť dubiū. Vtrū pena iferni sit eterna: Ad hoc due sūt opiones. Pria ꝙ nō. alia sic. Prima ꝓbat itētū suū duplici meᵒ. Pᵒ auc̄te. Deute. 25. Scḋ3 mēsuram delicti: sic erit ꝛ plagar̄ modꝰ. Et. 16. q. i. c. Sigs. Scḋ3 mēsurā delicti: iponēda ē pnia. Et. C. de penis. l. Negs. Vnusq3 ꝑ crie q̄ fuerit dep̄hēsus modū ꝯgrue seueritat̄ excipiet. Ille. Ad ꝓpositū. Culpa pc̄dr̄is i p̄nti sclo tp̄alr̄ fuit ꝑ x. aut. xx. ānos. iḋ p̄nirī d3 tp̄alr̄ ꝛ fite. vt pena corrñdeat culpe. Et ꝑ ꝯñs pena iferni n̄ erit et̄na: sed momētanea ꝛ tp̄alis. Scḋo ꝓbať exᵒ. de Traiano impatore: q p̄cibus Greg. ab iferis fuit liberatus. Et per ꝯñs pēa erit tp̄al. Opio Orig. ꝙ oēs saluabāť. ¶ Scḋa opio dic̄ ꝙ ē ifinita. Mat. 25. Ite maledicti in ignē et̄nū. Rᵒ s3 Th. in. 4. di. 46. q. i. ar. 3. Et Alb. in Comp. Theologie. li. 7. Qḋ pena infernalis: est et̄na. Qḋ probatur triplici ratione.

¶ Primo rōne dignitatis.

¶ Secundo rōne voluntatis.

¶ Tertio rōne contēptibilitatis.

¶ Cōclo ē ph̄i in. 6. eth. Qḋ pena taxatur s̄m grauitatē eius in quem peccatur. Exempli gratia. Quanto persona est dignior tanto pena erit grauior. De percussiōe clerici ꝛ secularis. De papa ꝛ cardinali. De priuato ciue ꝛ principe. Ad propositum. Quicunq3 peccat mortaliter. peccat in deum: qui est bonum infinitū. Unde puniri

debet pena infinita. Quãuis iudas pecca
rit temporaliter vtpote actu finito : tamen
peccauit in bonuz infinitum. Unde puniri
debet pena infinita ⁊ eterna. Quãuis con
cubinarius:q̃uis vsurarius.odiosus.blas-
femus.⁊ tales huiusmodi faciant opatiõez
finitam de se.tamen peccãt in bonum infini
tum.s.deũ. Unde merito pena debent pu-
niri infinita. ¶ Secundo rõne ⁊c̃. In hoc
differt iusticia humana a dina iusticia: qr
humana iudicat ꝑm apparentiã exteriorẽ:
ꝑm ꝙ extra videt. Sed diuina aliter se hz:
qr iudicat scd̃m ꝙ intus iacet:qr cor intue
tur: ⁊ voluntas pro facto reputatur. Unde
de pe.di.i.c.Si cui.§.sequenti. Uolũtas ꝓ
facto reputatur.Et.14.q.5.c.Si qui.Et.c°.
Fur aũt.Et rõ. Quia homines vidẽt que
foris apparent:deus aũt intuet̃ cor:vt dici
tur.i.Reg.16.Et qr volũtas peccatoris vsu
rarij.auari.concubinarij. ⁊ huiusmodi q̃̃-
diu ẽ in p̃senti vita:ita se inclinat ad pecca
tum.ꝙ semꝑ peccare vellet:si posset. Alche
modo frate Grabriel: Unde est ꝙ multi ve
niunt ad mortẽ:⁊ nolunt confiteri.restitue
re male ablata.odia.cõcubinas remittere:
Uere qr semꝑ peccare vellẽt.⁊ in malis vi
uere. Et qr deus qui corda pluſq̃ opera co
gitat.puniet eos eterna pena ⁊ infinita.
Unde Petrus in.4.dia.Et habetur de pe.
di.i.c.Uoluissent.petit a Gre.Scire vellez
pater quõ iustũ est vt culpa que perpetrat̃
cuz fine.puniatur sine fine: Rñdet Grego.
Hoc recte petre diceret̃.si iustus iudex non
corda hoĩum:sed facta pensaret.Iniqui.n.
ideo cũ fine deliquerũt:qr cũ fine vixerũt.
Nã voluissent vtiq̃ si potuissẽt sine fine vi
uere:vt potuissent sine fine peccar̃. Ostẽdũt
enim quia in peccato semꝑ viuere cupiunt
qui nunq̃ desinũt peccare dum viuũt. Ad
magnã ergo iusticiã iudicantis pertinet:vt
nunq̃ careãt supplicio:q in hac vita nũq̃
voluerunt carere peccato. Ille. ¶ Tertio
rõne ⁊c̃. Peccatores qdẽ ↄtẽnunt bonũ in
finitũ.s.padisuz quẽ si voluissent potuissent
eligere.ad quẽ erant creati. Sed elegerunt
malũ eternũ. despicientes eternũ bonum.
Iõ iuste illis datur etña pena.Aug. 21.li°.
de Ci.dei.c.xij. Factus est dign⁹ malo eter
no qui in se pemit bonum quod posset esse
eternum.O fatuitas peccatoruz.Audiunt
scripturas audiunt predicatores eis ꝓmit
tentes bonũ paradisi.nõ curant.sene sano
besse. Unde puniri debent eternaliter.per
tot millia annorum:quot sunt gutte maris.
omniũ fluminũ.omniũ herbaruz.omniũ re
rum.Apoc.14. Ascendit fumus tormẽtoꝝ
eoꝝ in secula seculoꝝ.Rñdeo ad illd̃ Tra-
iani imperatoris.ꝑm Tho.in.4.di.42.ar.
2°.Quod q̃ttuor fuere opiniones. Prima
ꝙ Traianus fuit ad vitam reuocatus:vbi
grãm ⁊ veniã ↄsecutus est.⁊ saluus est.Se
cunda ꝙ aĩa Traiani non fuit simpliciter
absoluta a reatu pene:sed eius pena vsq̃
ad diem iudicij fuit suspẽsa:postmodũ sal-
uabitur.Tertia opinio:ꝙ Grego.liberauit
animã illius nõ a ioco inferni:sed a pena.
Quarta est ⁊ hec vera.ꝙ aĩa Traiani fuit
liberata a pena inferni ⁊ miam consecuta
est:oratiõibus Greg.Quod factũ est nõ ꝑz
legem cõem : sed ꝑm dispositionem diuine
sapientie.Que ꝓuidens Gre. oraturum ꝓ
Traiano:nõ dãnauit ipm per sniam diffi-
nitiuam:sed ꝑ sniam suspẽsiuã. Quod fuit
quoddam particulare priuilegium. Ideo
Hieronymus. Priuilegia paucoꝝ sunt. Et
extra de reg.iu.lib.6. Ea que a lege cõmu-
ni exorbitant : non sunt trahenda in con-
sequentiã. Igitur pena est eterna.Iob.19.
In inferno nulla est ⁊c̃.Aug. Si scirem pa
trem meũ esse in inferno:nõ plus orarem ꝓ
eo:q̃ pro diabolo.Exemplũ p̃ris Domini-
ci qui scolari quomodo saluaret̃ interrogã
ti:dixit. Cogita dãnatorum eternitatem.
s Ecunda pena ⁊c̃.Querit̃ mõ.Utꝝ
infernus tenebrosus sit: Arguunt q
dam ꝙ nõ.Ratio. Qr ibi est ignis
materialis.qui de sui natura est lucidus.
Igitur ⁊c̃.Respondet Th.in.4.vbi supra.
Ric.in.4.di.16.Alber.lib.7.Comp.theolo-
gie.c.22.Quod simpliciter locus inferni est
tenebrosus.nec est ibi aliquod lumẽ. quod
visum delectet.iuxta illud Mat.22.Mitti
te eum in tenebras ex te. Sed tamen diui-
na iusticia permittit ibi aliquod lumen eẽ
per qd̃ damnati videre possint se mutuo.
vnde doleant ⁊ tristentur. Unde Gregor.
9.moꝝ.Ignis inferni:q̃uis ad consolatio-
nem non luceat:tamen vt magis torqueat
ad aliquid lucet.Uidebũt se mutuo in sup
plicio illo. Pater filium.mater filiam.ami-

eus amicū. Ex qua visione. dolor causabit.
O q̄ dolenda erit illa hora. Exēplū in libro
de. 7. donis. Cum quidā vsurarius infirma
retur: compulsus est a patre spirituali resti
tuere: nolēs: sic mortu⁹ est. Duo filij remāse
runt. Unus damnatus est: quia bona pr̄is
ex vsuris aquisita noluit restituere. Alius ī
gressus religionem deum orauit demonstra
ret statum eorum. Cōcessum est sibi: ꝛ vidit
ambos in tenebris densis inferni: ꝛ patrem
sub filio eum blassemantē. ꝛ filius ecōuer
so patrem. Postq̄ ambos desperatione Deū
omnipotentem maledicentes. ꝙ in tam vi
li ꝛ ignominioso loco conclusisset. Infern⁹
ergo est locus tenebrosus. Sed queris ani
ma cara. Quare ibi sunt tenebre? Respon
deo ꝙ sol non potest expandere lumen suū
cum infernus sit in centro. vt habēt Theo
logi in. 4. di. 43. Sed nota. ꝙ quattuor sūt
in inferno loca. Purgatorium. Lymbus
sanctorum patrum. Locus puerorū. Ulti
mus dānatorum. O pater care dic mihi q̄
so: quare magis est sub terra: q̄ alibi aut in
aqua aut in montibus? R̄ndent doctores
Th. in. 4. di. 42. ar. 2°. Et d. l. Ric. in. 4. di.
42. Quod est sub terra. triplici ratione.

Primo ratione elongationis. Quanto
peccator plus in peccatis moratur: plus a
deo se elongat per gratie remotionem. In
ps. Longe a pctōribus salus. Et Prouer.
15. Longe est dominus ab impijs. Piu lon
tano da dio. che non sia loriente dal occidē
te. Ad propositum. Cum ergo sit a deo elō
gatus per culpam conueniens est vt locus
ei remotissimus detur. Et hic ē infernus re
motissimus a paradiso. Secundo ratiōe
dilectiōis. Amore carnis pecator peccauit.
ede questo corpazo tristo. Quia ergo amo
re carnis peccauit: exhiberi debet quod ex
hibetur carni mortue. Caro mortūa datur
sepulture in terra. igitur ꝛ auari ꝛ peccato
ris anima: recondi debet sub terra. s. in infer
no. Tertio ratione derelictionis. Quia
dereliquerūt eternū bonum propter pecca
tum ꝛ propter vilia. ideo res vilis datur ei
scilicet terra. Aug. Nulla est maior stultitia
q̄ propter bonum momentaneum perdere
bonum eternum. Quod probatur exemplo
Macharij: qui caput pagani reppit in he
remo. a quo quesiuit tria. Primo vbi erat.
Respondit ꝙ erat dānatus. Secundo qua
lis pena maior sua: an xp̄iani? Dixit xp̄ia
ni plus maiorem esse penam q̄ paganorū:
quia deum nesciūt. Tertio. Si erat magn⁹
ignis inferni? Respondit. ꝙ quantū celum
distat a t̄ra. De hac tenebra. Job. x. Dimit
te me vt plangam paululū dolorem meum
anteq̄ vadam ꝛ reuertar ad terram tene
brosam ꝛc̄.

t Ertia pena ꝛc̄. Utrum ille ignis sit
coporeus? Fuit opinio quorūdā.
precipue Auicēne. ꝙ non. Et ratio
huius est. Cum anima sit incorruptibilis ꝛ
materialis. ideo nō potest pati ab igne cor
poreo ꝛ materiali cū sit sp̄ūalis. Ad hoc re
spondet Th. in. 4. di. 44. ar. 2. Et Ric. i. 4.
di. 44. Quod ignis ille ē corpore⁹. ꝛ mate
rialis. In. 4. dia. Ignem gehēne corporeū
esse nō ambigo. Et q̄uis deus si vellet pos
set dānatos punire pena spirituali tantū ꝛ
tamen eos congrue vult punire pena sp̄ūa
li ꝛ corporali. Quia in anima ꝛ in corpe hō
mo peccauit. Qui ignis precedit oēm penā
huius seculi. Quod probatur. duplici rōne
scd̄m Franciscum de mayronis. in libro d̄
suffragijs mortuorum. Primo ratione agētis.
Quāto agens est vigorosius: tanto ꝛ actio
est vigorosior. Sed agens deus est vigoro
sius q̄ sit aliqua creatura. Ignis ille est q̄
dāmodo virtutis infinite. inquantū est in
strumentū diuine iustitie. Ideo actio illa. q̄
fit ab ipso imediate est vigorosissima. Igit
ignis ꝛc̄. Secundo ratione patiētis. Quan
to nā patiens est nobilior: tanto ꝛ ipsa pas
sio est vigorosior. Cum ergo in inferno. ani
me patiantur ab igne corporeo que oībus
corporibus nobiliores sunt. Sequitur ꝙ ex
parte patientis. talis passio sit maior omni
pena sensitiua: quā quis possit pati in hoc
mundo. Grandis pena fuit Bartholomei.
Laurentij. Uincentij ꝛc̄. sed omnibus ma
ior damnatorum. Unde si possibile esset vt au
res poneremus ad infernū: audiremus di
uitem epulonem. ꝛ secum omnes auaros.
omnes luxuriosos. omnes superbos. omnes
principes iusticiam non seruantes. claman
tes. O grandis pena. O q̄ dolens tormen
tum. Exemplū in vitis patrum. Quidā di

ues ordinem

nes ordinem predicatorū est ingressus. Cū induceretur ad exitum. d. Non poteris sustinere onera ordinis: quia delicat⁹ es. Respondit. Ideo q2 delicatus sum: volo remanere ⁊ bona agere: vt euadā horribilia inferni tormenta. Sed dubium q̄rit̄. Qualis pena maior: damnatorū: an demonū? Rñdeo ꝙ hominum. Et hoc triplici ratiōe. Primo ingratitudinis. Quia christus pro hoībus mortuus est ⁊ nō pro demonibus. Uñ cum sit maior ingratitudo in homine q̄ꝫ in demone. igitur grauior pena debetur ei. Secūdo ratione auersionis. Quia demon pro vna tantum auersione eternaliter est punit⁹ de qua surgere non valet. homo aūt millies in die a deo se auertit. Quia tot mala facit. Tertio ratione compositiōis: q2 demon nō habet corpus: solum cruciatur in vna pte. Homo componitur ex anima ⁊ corpore q i vtroqꝫ cruciatur. Igit̄ ⁊c. Adde ꝙ sunt aliqui homines in mundo peiores aliquibus demonibus in inferno. Exemplum illi⁹ monachi qui coxit oua ad lumen lucerne. Inuentus a prelato reprehensus quare hoc fecisset. Respondit. Fui tentatus a diabolo. Diabolus respondit. Non est verum. Nunq̄ꝫ hoc cogitassem. Et de demone. qui tentauit xp̄m. ⁊ fuisset ab eo vict⁹ resistendo. Nō tentauit eum amplius vsqꝫ ad morteꝫ. Hō vero non cessat mala agere. Ideo ⁊c.

q Uarta pena ⁊c. Sicut enim ex visione pulchre creature delectatur visus. Unde Dd. Delectasti me domine in factura tua. Et Dio. 4. de di. no. Pulchrum ⁊ bonum: omnia desiderant. Ita ex visione alicuius creature turpis causat̄ tristitia. Non est in rerum natura. piu horribel creatura: quanto ela visione diabolica. Exemplum in Cronica ordinis. De quodā fratre qui ad mortem deductus: videns demoneꝫ cepit clamare. Maledicta dies in q̄ religionem intraui. Paulopost apparēs ei maria. dixit. Benedicta dies. Non miremini patres mei de me. Quia vidi demonem tam turpem: ꝙ si esset hic ignis magnus: ex alia parte demon: potius volo cremari in ipso: q̄ꝫ demonem videre. Preterea. Caterina senensis que a deo petijt videre demonem. Quo sibi cōcesso: dixit sororibus suis. Si daretur optio. An ire per fornacē ignis? an demoneꝫ videre: potius volo comburi. Preterea de Maria v̄gine: que noluit demonē videre in morte. O si virgo maria noluit. quid de nobis? De visione tali dicitur Isa. 22. Uadent ⁊ venient super eum. idest peccatorem horribiles. idest demones. Et Jere. 5. Seruietis dijs alienis qui non dabunt vobis requiem. Nec te moueat dictuꝫ Theologorum: ꝙ scilicet demones sunt natura pulchri. quia bona naturalia adhuc manent in demonibus. Respondeo. ꝙ verꝫ est. Sed tamen in sui natura nō possunt apparere hominibus. immo apparent. aut in corporibus assumptis in tali deformitate. ⁊ horribilitate. ꝙ videntes contristantur. Uñ dicit Tho. in. 2. di. 21. Quod demon nō potuit assumere aliam formā: q̄ꝫ serpentis: quando euam seduxit. O quomodo demones stant cum damnatis: ipsis apparentes in tam horribili visione.

q Uinta pena ⁊c. Que pena excellit omnes mundi penas. Aug. Alienari a regno dei. carere dulcedine dei: tam grandis pena est. vt nulla ei possint q̄ nouimus tormenta cōparari. Ille. Et Chriso. super Mat. Multi horrent gehennam: ego autem casum illius glorie multo penā maiorem gehennam esse dico. Ille. Totuꝫ studium ergo hominis debet esse in sui saluatione. Unde sancti cupiebant esse cum christo: timentes suam perditionem. Pratica notabilis. Si homo damnaretur: vane esset creatus. Uane ad dei imaginem fact⁹ Uane in eo tres potentie. Memoria. intelligētia. voluntas. Uane deus paradisuꝫ fecisset. Uane incarnatus esset. Uane cruceꝫ ascendisset. Uane mortuus esset. Uane baptismuꝫ: ⁊ sacramenta accepisset. Exemplū abbatis Achillis cui dicentibus illi discipulis. Pater dic nobis verbuꝫ salutis. Quibus dixit. Plangamus peccata nostra. ne simus de numero reproborum ⁊ priuati diuina visione. Ille. Ache proposito essemus nati? Unde Augustinus recitat libro de consensu euangelistarum. Quod Lazarus a morte resuscitatus tria retulit. Primū. quod mors erat terribilis. Secundū quod pene infernales erant horribiles.

Tertio ꝙ numerus damnatorū erat quasi infinitus respectu iustorum. Prattica. Quo pergunt iudei? Quo infideles? Quo vsurarij? Quo mali xp̄iani? Quo concubinarij? Uere ad infernum. Cesarius in dialogo suo ponit. Q̄d quidam ditissimus defunctus est. Et post paucos dies apparuit vxori sue, dicens se damnatum esse. Et illa. Nunquid profuerunt elemosine mee: ⁊ alia bona opera? Respondit. Non. Quia erant acta in mortali. Et addidit. Si omnia folia arborū verterentur in linguas, non possent explicare tormenta damnatorum. Unde Al b. sup Luc. tria notabilia ponit. Primum est: ꝙ demones summe gaudent de damnatis: ideo q̄ deus nunq̄ habebit gloriam de illo qui damnatur. Sed omnes labores quos in mundo pertulit in corpore per 33. annos, in illo sunt deperditi. Secundū est: q̄ demones gaudent: q̄ de cetero boni angeli nunq̄ letitiā habebunt de eo: ⁊ omnia bona que egit, erunt perdita. Tertium q̄ sunt securi ꝙ ab eis nunq̄ auferentur: Et si esset maria virgo. O miseri. Dantes in. 3. can. inferni.

Quiui sospiri con pianti ⁊ alti guai
Risonauan per laer senza stelle
Perchio al cominciar ne lachrymai:
Diuerse lingue: horribili fauelle
Parole di dolor: accenti dira:
Uoce alte ⁊ fioche: ⁊ suon di man com elle

Feria. 4. quarte hebdomade quadragesime. De pena purgatorij.



Vidit iesus hominē cecum a natiuitate. Jo. 9. Discipuli ad iesum dixerunt. Rabi quis peccauit: hic aut parētes eius vt cecus nasceretur? Respōdit iesus. Neq̄ hic peccauit: neq̄ parentes eius vt cecus nasceretur: sed vt manifestētur opera dei in illo. Scd̄m Joannem Damascenū. Et Alexandrum de ales. in. 3. volumine sūme: quadruplici ratione: permittit deus hominem calamitari: ⁊ mala pati. Prima vt virtus illius alijs notificetur vt de Job. Secunda vt nō ex recta conscientia: cadat per superbiā: vt in paulo. 2. Ad corin. 12. Tertia vt alij erudiant: vt in Lazaro ⁊ diuite. Lu. 16. Quarta propter gloriam dei: vt in ceco nato. Unde dicit. Neq̄ hic peccauit: neq̄ parentes eius. Peccare quidem non poterat iste cecus, q̄ ante natiuitatē non erat habilis. Unde ex hoc cecus non est natus. In quo apparet questio ridiculosa apostolorum. Nec mirum, q̄ adhuc rudes erant, ante receptionem spiritus sancti. Cū hoc dixisset expuit in terra, ⁊ liniuit oculos eius. Quare potius oculos liniuit? Quia ab illis maximū peccatum procedit. Quintilianus orator. Totius hominis libertas ē oculos perdidisse. oculi sunt tota luxuria nostra. Unde hoc ꝙ lutum fecit? Respondeo ꝙ homo de limo est creatus. Gen̄. 2. c. Formauit igitur deus hominem de limo terre, ⁊ inspirauit in faciem eius spiraculū vite. Quia de limo creatus est: de limo sanatus est. Et liniuit inquit oculos eius. Et dixit ei. Uade lauare in natatoria siloe. Glo. Hoc dixit christus vt cecus transeundo per ciuitatem hoc modo luto linitus: videretur a multis, ⁊ per consequens miraculum magis diuulgaretur. Sequitur. Abijt ergo et lauit ⁊ vidit: non virtute luti: non virtute siloe: q̄ frequenter homines se ibi lauabāt tamen nullus unq̄ fuit sanatus: sed diuina virtute gestum est. Nota sm̄ glosaz. Q̄d miracula sanctorum differebant ad miracula xp̄i. Q̄ sancti tantūmodo corpora sanabāt: xp̄s autē in vtroq̄. Unde cecus fuit sanatus vtraq̄ cecitate: Eiecerunt autē eum extra ciuitatem. Et cum ipsum inuenisset iesus: dixit ei. Tu credis in filiū dei? Quis es domine vt credam in eum? Respondit iesus. Qui loquitur tecum ipse est. Et statim credidit, ⁊ fidem ore confessus ē dicens. Credo domine. Q̄ Ad Ro. x. Corde enim creditur ad iu. ore autem confessio fit ⁊c. Et procidens adorauit eū. Adoratiōne latrie que soli deo conuenit. Ut dicit Tho. in. 3. sententiarū. dist. 9. ar. 2. In quibus verbis erit sermo de pena purgatorij. Ubi tria sunt videnda.

Primum. di punitionis.
Secundum. di subleuationis.
Tertium. di inductionis.

Primum

P Rimum di ⁊c̃. Queritur dubium. Utrum pena qua puniuntur illi q sunt in purgatorio sit maxima penarum? Respondet Th. in. 4. dist. 21. ar. 1. Et Ric. in. 4. di. 20. ar. 2. Et Alber. in. 7. li. cõpen. Theol. c. 2. Qđ sic. ⁊ minima pena excedit omnem penam huius vite. Que conclusio probatur triplici medio. Primo rõne. Secundo auctate. 3° ex°.

¶ Primo rõne delicationis.
¶ Secundo rõne igneitatis.
¶ Tertio rõne priuationis.

¶ Primo rõne ⁊c̃. Conclusio ẽ phi in. 2. de anima. Qđ creatura quanto ẽ nobilioris nature: tanto pena in eã inflicta ẽ maior. Exẽpli gratia. De pena rustici. ⁊ ciuis. In eodem genere penarum. plus cruciatur ciuis rõne nobilioris nature: ꝙ rusticus. Sicut etiam patet de ingenio nobilis nature. Unde phs in. 2. de anima. Molles carne: aptos mente dicimus: duros ꝑo ineptos. Unde theologi dum probant xpi passionem excedisse passionem omnium martyrum. Inter alias rationes. hanc adducũt. vt ponit Th. 3. p. q. 66. Quia fuit nobilioris nature super omnes creaturas. Unde Dđ. Speciosus forma pre filijs ⁊c̃. Unde dicit Alber. Qđ si xps non fuisset mortuus morte violenta a iudeis iã p multos ãnos vixisset ⁊ excedisset etatem illorum patruʒ propter naturam eius bene complexionatam. Tandeʒ mortuus esset: cuʒ ⁊ ipse eẽt mortalis. Ad propositum. Anima est nobilior omnibu srebus mundi. Precedit nobilitatem corporum celestium. lune. mercurij. veneris. solis. ⁊ huiusmodi. Unde phus. 6. Pol. Anima est nobilior corpore. ⁊ oi possessione. In. 17. de animalibus. Anima est nobilior omni corpore. Et. §. finali. C. de sacrosanctis ecclesijs. Anima cunctis rebus mundi preferenda est. Quãuis peccator ipsam vituperet. Cum ergo sit nobilior: igitur est magis passibilis. Sequitur ꝙ pena in ipsam inflicta: sit maxima penarũ. Cum sit a corpore separata. ⁊ in igne posita terribi. Preterea ad idem Th. in. 4. di. 21. Pena quanto vniuersalior est. tãto maior. Sed anima separata a corpore est nuda. ideo tota punitur cum sit simplex ⁊ indiuisibilis. Fa vna ferita alicui. che sia armato: minus timebit: ꝙ si non esset armatus. Preterea ferias illum qui est indutus vestibus: minus sentiet: ꝙ si esset nudus. Sed ferias ipsuʒ nudum: oyme: erit pena. Ad propositum. Anima a corpore separata est nuda ⁊ simplex in fornace ignis. Iõ cum tota puniatur. ideo erit maior pena. Sic de anima est: que est in purgatorio.

¶ Secundo ratione ⁊c̃. Conclusio ẽ Th. in. 4. di. 21. Et Bona. in. 4. di. 18. Qđ ignis purgatorij est vnusmet cum igne inferni. Sed in hoc abinuicem differunt. Qr ignis purgatorij non est eternus quoad officiũ: qr non habet ibi in eternum stare: cum anime purgatorij habeant ide exire. sed bene est eternus. quoad substantiam. Ad ꝓpositum. Cum ergo ignis inferni sit penosus supra omnes penas huius mundi. Qr vt dicit Aug. distat a nostro: sicut ignis materialis a picto in pariete. Sequitur ꝙ pena purgatoria sit maxima penarum. Altius dico ſm Th. in. 3. p. q. 46. ar. 6. dolor xpi i passione fuit maximus: ⁊ tamen pena purgatoria est tam dura. ꝙ excedit dolorẽ passionis xpi. Considera ergo che pena. qual dolia. ꝙto dolore. ꝙto tormento. ꝙto incẽdio e brusamento patiuntur ille paupercule anime que sunt incarcerate ⁊ detruse in illo igne purgatorij. In Cronica ordinis legitur. Qđ quidam frater noster apparuit cuidam amico suo. qui erat aduocatus: a quo fuit interrogatus de pena purgatorij. Respondit ꝙ si totus mundus ⁊ omnia visibilia in eo arderent: non possent equiperari pene ⁊ ardori purgatorij. Unde patet scđa ratio. ¶ Tertio ratione ⁊c̃. Cõclusio phi est in. 2. ⁊. 3. Top. Quod quãto aliquod bonũ ẽ magis desideratuʒ. tãto eius absentia est molestior ⁊ durior. Prouer. 13. Spes que differtur affligit aiam. Sed nullum bonũ ita ardẽtius desideratur ab aia sepata a corpore: vt videre deum suũ. creatorem suũ. Igitur absentia eius est maxima penarum. Anima in hoc mundo existens cum corpe vnita. ieiunat. vigilat. ad ecclesiam pergit. Et qr affectus anime intensior est post hanc vitam ꝙ in pñti: qr ẽ a corpore proprio separata. Et cum tempus aduenit quo deberet eo frui: cum tardatur a suo desiderio: ex hac tardatione maxie cru

elatur. Magnum fuit desiderium regine
Sabbe faciem Salomonis cernere. Ma-
gnum Jacob: videre Joseph. Magnũ Si
meonis videre xp̃m in templo. Sed maxi-
muȝ anime videre regem glorie. O letitia
perpetua. O gaudiũ indeficiens. Cum er-
go priuetur hoc bono: ideo maxime crucia
tur. Unde Aug. in li. de vera ⁊ falsa penitẽ
tia. Et a canonistis. Dis. 25. c. vlt. Et de pe.
di. 7. c. Nullꝰ expectet. Qui in aliud secu-
lum fructum distulit conuersionis. priꝰ pur
gandus est igne purgationis. Hic autem
ignis ⁊ si non sit eternus: miro tamen mo-
do grauis est. Excellit enim omnem penaȝ
quam unquam passus est aliquis in hac
vita. Nunq̃ enim in hac vita tanta est pe-
na: lȝ inumerabilia martyres passi sint tor
menta: tanta tñ non sustinuerũt supplicia.
Ille. O compagno intelligis me? Contra
eos qui dicunt: o pater detis mihi paucaȝ
pniam. Nõ sic: q2 facies in alia vita. Exem
plo Grego. q pro Traiano orauit: angelus
dixit ei. Duorum tibi optio dat. Aut duo
bus diebus cruciaberis i purgatorio. aut
infirmaberis diu. Scd̃m tenuit. In episto
la dicit. Tante podagre: tantisq̃ doloribꝰ
premor: vt vita mea mihi pena sit. Unde
patet primum.

Ecundum principale di ⁊c̃. Th. ip
s 4. dis. 45. ar. 2. Cum Grego. in. 4.
dia. A canonistis. 13. q. 9. c. Anime
defunctoꝝ. quatuor modis soluunt. Aut
oblationibus sacerdotum. aut precibꝰ san
ctorum aut caroꝝ eĉlis. aut ieiunio cogna-
toꝝ. ¶ Primo orationibus subleuantur. 2.
Macha. 12. Sancta ⁊ salubris ẽ cogitatio
pro defunctis exorare vt a peccatis soluã
tur. Et Leui. 14. Orabit pro eo sacerdos ⁊
mundabitur. Exemplo patet Greg. in. 4.
dia. De Pascasio diacono ecclesie romãe.
Quia pretulit quendam in papam ex erro
re. qui non erat verus papa. Ep̃s quidam
Germanus capuanus post eius morteȝ ad
balnea iuit. reppit eum ibi in aqua clamã
teȝ. O pater adiuua me. Quis es tu? Ego
sum pascasij diaconi anima ⁊c. Roga pro
me. Ep̃s autem orans pro eo. fuit liberatꝰ.
Nota ꝺm Tho. in. 4. di. 21. Qd locus pur-
gatorij est duplex. Unus est ꝺm legem cõ-
munem: qui ẽ vicinus inferno: alius ẽ ꝺm
dispensationem diuinam. Et sic quandoq̃
in diuersis locis aliqui puniuntur: vt in do
mo propria. in agro. in aquis. Et hoc fit tri
plici ratione. vel ad instructionem viuorũ
vt bene agant: vel ad subuentionem mor-
tuorum vt adiuuent eos. vt patet hic de
Pascasio. qui in hoc balneo: suum habuit
purgatorium. Unde quando audiunt vo-
ces in domibus. vel alijs locis: non credan
tur spũs maligni: sed anime parentum no
strorum. Sed querit anima cara. Que sũt
he oratiões? Respondeo ꝙ ẽ Pater noster
Aue maria. ⁊ p̃sl. ¶ Secundus modus est
eĉlarum largitio. A canonistis. 13. q. 2. c. Tẽ
pus. Neq̃ negandũ est. aias defunctoruȝ
pietate suorum viuentium releuari: cuȝ ꝓ
illis elemosine fiũt in eccl'ia. Ille. Et Tob.
9. Elemosina a morte liberat: ⁊ facit inue-
nire vitam eternam. Et ecclesia canit. Si-
cut aqua extinguit ignem: ita elemosina
extinguit peccatum. i. penam debitam pro
peccatis. Et talis purgatio. fit in purgato-
rio. Quando ergo vides pauperem: recor-
dare animam patris. matris. amici. forte
adhuc esse in purgatorio. Ideo porrige illi
panem. vinum. denarium. vl' vestimentum.
ferculum. vel candelam. ⁊ similia. Exemplo
patet. Cum quidam foderet in monte pro
metallo querendo: oppressus est. Uxor eiꝰ
singulis diebus vsq̃ ad caput anni exce-
pta die vna: detulit panem. vas vini. ⁊ can
delam. In fine anni: homines fodientes in
eodem loco. d. O compagni plane: inuene
re ipsum sanum. Retulit ꝙ elemosina sue
vxoris dabatur sibi per angelum quotidie.
cum illa candela. Unde patet de elemosi-
na. Sed nota ꝙ duplex est elemosina: que
potest fieri pro defunctis. Prima vt de tuo
in sp̃ali pauperibus erogetur. Secunda vt
testamenta condita reddãtur. De prima.
Tob. 4. Ex tua substantia: fac elemosinam
Scd̃a de testis. Cõcludit Joãnes neapoli
tanus in suo quolibet: de executione testõꝝ
ꝙ heredes vel executores testõꝝ: q differt
notabil'r exeq legata ad pias causas: ex ne
gligẽtia. vel auaritia. peccant mortal'r. Qd
ꝓbat pluribus rõnibus. Primo rõne dã-
ni. Si videres aliquem in fornace ignis ar
dẽtem. ⁊ nolles illũ liberare dũ posses: ma-
xime ipso postulãte instãter: vtiq̃ mortalit̃
peccares.

Tertia opinio est Grego. ⁊ Ambrosij. Aug. vt ponit Tho. super Jo. c. 12. Q' illa fuit meretrix mẽte ⁊ corpore. ⁊ soror lazari. Et hec verior opinio. De dominus Alber. super Luc. Fecit deus duo luminaria magna: luminare maius quod ẽ beata virgo que preest diei in exemplũ innocentie. Et luminare minus quod est maria magdalena que preest nocti. i. peccatoribus in exẽplum penitentie. Ille. Et glo. super Mat. 21. Amẽ dico vobis: q' publicani ⁊ meretrices precedent vos in regno celorum. Publicani: vt Matheus. Meretrices: vt Magdalena. Hieronymus in prologo Ose. Hec est illa mulier meretrix ⁊ adultera. de qua loquitur dominus ad iudeos dicens. Meretrices ⁊ publicani precedent vos in regno celorum. Preterea hoc idem ecclesia romana in officio confitet. Maria soror lazari. q̃ tot cõmisit cria. ab ipa fauce tartari redit ad vite limina. Or a casa. Si peteres mõ: Que fuerunt cause: q magdalena peccauit: Rñdet pĩ Aug. in li. d'. x. cordis. q fuerũt quattuor que iduerũt eá ⁊ alias mlr̃es.

Prima eius pulchritudo.

Secunda eius libertas.

Tertia eius facultas.

Quarta eius inuerecundia.

Prima eius ⁊c̃. Que est cã multoꝝ malorum. Magdalena vt dicit Alber. sup oẽs mulirres oriẽtales fuit speciosa ⁊ pulchra corpore. naturali pulchritudine. Et cũ ista naturali addebatur artificialis. Que est ista o mulieres: Assaytamentum capitis. appositio capilloruz. beletum in facie. aque artificiose. ad speculuz stare p horá. volta de qua: mete dela. Ad cingulum el cortello ab alia el vogiarollo. Uidentur merescalchi: si haberent la tanaya. Ista autem pulchritudo: est causa mali. Quia vt dicitur per Theophrastum philosophuz. Mulier pulcra cito adamat: ⁊ difficile est custodire

quam multi amant. Et Dionysius. 4°. de diuinis no. Pulcrum ⁊ bonum: omnia desiderant. Et Dauid in psal. Delectasti me domine i factura tua. Vñ Cleopatra a Marco Antonio. Polisenna Deidamia Briseida ab Achille. Helena a Paride. Deianira ab Hercule. Phillides a Demophonte. Thisbe a Pyramo. Medea a Jasone. adamate sunt. De hac pulchritudine dicit Salomon Prouer. xi. Circulus aureus in narib⁹ suis: mulier pulchra ⁊ fatua. Sicut enim sus habens circulum aureum in lutum se immitit: sic mulier habens pulchritudinem. in voluptatem se immergit. Sed quando mulier est pulchra ⁊ sapiens non est periculum: quia sapienter se conseruat. Similiter quando est turpis ⁊ fatua. non ē periculum: qr nemo eam sollicitat. Sed quādo est pulchra ⁊ fatua. tunc est periculum. Nam quia est pulchra. sollicitatur a multis Quia vero ē fatua. custodire se nescit. De tali pulchritudine dicitur Prouer. 22. Fallax gratia ⁊ vana ē pulchritudo. Sed queritur dubium: quare plus naturaliter querit mulier poliri: q̄ vir. Respondeo: q͏ non est persona que non querat honorem. Jn 6. ethicorum. Omnes honores appetunt. Jn. 4. ethicorum. Maximum bonorum exteriorum: est honor. Et Cicero in. q. Tusc. Omnes accenduntur in studia: gloria. Vnde omnibus placet honor. Ad propositū. Mulier non potest honorem habere in dādo consilia. Quia vt dicit philosophus p̄mo Poli. Consilium mulieris: est inualidum. Non in gubernatione domus. Jn. i. Polit. A muliere male regitur ciuitas. Non componendo pacem. Jn. 8. de animalibus. Femine sunt litigiose. Non in fortitudine virium: qr debilis est. Jn. 18. d animalibus. Femine sunt debilioris nature marib⁹. quia sunt frigidiores. Vnde in. 18. de animalib° Femina est mas occasionatus. idest imperfectus. Et Sene. libro de beneficijs. Videamus ne mittamus munera superuacua: vt femine arma: quia sez non est fortis: rustico libros. Ad propositū. Mulier ergo sibi querit honorem in aliquo: sed non potest habere in supradictis. Jgitur sibi querit in pulchritudine: affaytādo se in excessiuis ornamentis. ꝓpter quod sepe viri eunt ad hospitale. Sed iste pannus ornatus: acriter reprehenditur a doctoribus: quia est peccatum. Vnde Hierony. ad Furiam. Ornatus iste non domini velamen est: sed antichristi. Omnia ista. sono gita via. in muliere. Facecia de imperatore qui mandauit diē sui natalis celebrari. Quidam rusticus fuit. qui in agro inuentus est laborare. Ductus ad imperatorem. indicauit ei: quia sex denarios oportebat eum quotidie lucrari. duos soluere scilicet patri dare: duos accōmodare scilicet filijs. duos ꝯsumere pro familia. duos perdere scilicet vxori. Magdalena ergo peccauit. Quia ista pulchritudo fuit sibi causa. ⁊ iste ornatus. ¶ Secunda causa fuit libertas. Poeta. Non bene pro toto libertas venditur auro. Et. ff. de fideicōmissis libertatibus. l. par. Nihil gratius prestatur libertate. Et Jnstitu. Quibus de causis manumittere non possumus. Jnestimabilis res est libertas. O quot cadunt in peccata propter hanc. quia priuate sunt cōsortio virorum. Jn huius figuram dixit Gen. 3. deus. Sub viri eris potestate. quasi dicat non in tua libertate. Vnde consulendum est mulieribus: vt viros accipiāt. Meretrices peccant: quia pergunt quocunq̄ volūt Maria fuit libera sine consortio viri. marthe. lazari. ideo peccauit. ¶ Tertia causa fuit. Abundantia rex̄ temporalium: est causa multorum malorum. Vnde Tho. 3. p. q. 40. ar. 3. Abundantia diuitiarum: est superbiendi occasio. Et Deuter. 29. Jncrassatus est dilectus meus ⁊ recalcitrauit. dereliqt deum factorem suum. Eze. 33. Hec fuit iniqtas sororis tue sodome: saturitas panis ⁊ abundantia ⁊ ocium. Sodoma dicitur soror hierusalem. Et Ber. Ociositas ē mater nugax̄: ⁊ nouerca virtutum. Eccl. 33. Multam maliciam docuit ociositas. Cato. Nā diuturna quies: vitijs alimenta ministrat. Maria vacabat ocio. in croceis stabat. vñ ex hoc peccauit. ¶ Quarta cā inuerecundia. Verecūdia marie ꝯuēit mulierib⁹. Sz alique sunt sine ipsa. vnde cadūt in malis: Vnde scriptura Jere. 3. Frons meretris scā es mihi: noluisti erubescere. Vnd o magdalena. dic mihi. Quis te ꝯduxit ad peccata: Certe tua pulchritudo. tua libtas. tua ociositas. Et sic patet primū.

Secundum

Ecundū dicit. Qr offenderat ideo
satissfacere voluit. Qr vt dicit apo-
stolus. Ro.6. Sicut exhibuistis mē
bra verstra seruire iniqtati ad iniquitatē:
ita nūc exhibete seruire deo in sanctificati-
onem. Unū Greg. de ea in hom. Cogitāti mi
hi de marie pnīa: magis libet flere: q̄ aliqd
dicere. Cuius enim vel saxeum pectus ille
huius peccatricis lachryme ad exemplum
penitendi nō emolliāt: Considerauit nāq̄
qd fecit ꝛ noluit moderari qd faceret. Su-
per conuiuātes ingressa est. nō iussa venit.
inter epulas lachrymas obtulit. Et quot in
se habuit oblectamēta: tot de se inuenit ho
locausta. Cōuertit ad numerū criminū nu-
merū ꝟtutū: vt totū seruiret deo in pnīa. qc
qd ex se deū ꝯtēpserat ī culpa. Ille. Primo
offēdit ꝑ oculos. a qb⁹ sunt tot mala. Seū.
Oculi nostri: sūt tota luxuria nostra. Jere.
3°. Oculus meus depredatus est animam
meā. Jere.6. Mors ascendit per fenestras.
Unū Dauid: qr peccauit aspiciens ad fene-
stram Bersabee. 2. Reg. xi. clamabat. Auer
te oculos ꝛc. Et Gn.35. Dina filia Jacob:
qr iuerat ad videndū personas extra ciui-
tatē. fuit capta in amorē. Ideo quedā mo
nialis sibi eruit oculos ꝛ amanti se misit.
Unū male cogitationes: Maria peccauit ꝑ
oculos: per illos voluit satissfacere: quia la-
chrymas obtulit. Euangelista. Lachrymis
cepit ꝛc. Tres differentias lachrymarū ꝓ
duxit: vt ponit Jacobus de voragine.
¶ Primo lachrymas cōpunctionis.
¶ Secundo. lachrymas compassionis.
¶ Tertio. lachrymas amoris.
¶ Primo ꝓdu. ꝛc. Peccata amarissime fle
uit. Ubi dicit Egisippus. ꝙ post suā conuer
sionē nunq̄ voluit videre faciē hois: fixis
oculis. Sed flebat. Mat.5. Beati q lugēt:
quoniā ipsi ꝛc. Fuerunt tante efficacie. ꝙ i
petrauit veniā peccatorū suorū. Unū dixit
Remittunt ei peccata ꝛc. Secundo produ
xit lachrymas cōpassiōis: quas fudit i mor
te Lazari fratris sui. Fuerūt tāte efficacie:
ꝙ xp̄m adduxerunt ad fletum. ꝛ Lazarum
suscitari fecerūt. Jo.xi. Uidens Jesus ma-
riam plorantē lachrymatus est: ꝛ ip̄m susci
tauit. Tertio produxit lachrymas amoris.
quas fudit ex absentia corporis xp̄i. dum
nō inuenerat in sepulchro. Jo.20. Maria
stabat ad monumentū: foris plorans. Can-
ta in cantu euangeliste. Fuerunt tante effi
cacie. ꝙ meruit videre Jesum in forma or-
tulani: ꝛ angelicam visionē. Glo. interlinea
ris. Maria dilexit. tripliciter. Primo ī vita
qr ei ministrabat. Mar.15. Erāt mulieres:
inter quas erat maria magdalena que seq̄
batur eū. ꝛ mīstrabat ei. Secundo ī morte.
Jo.19. Stabat iuxta crucē Jesu mater ei⁹.
ꝛ maria magdalene. Tertio post mortem.
Jo.20. Maria stabat ad monumentū fo-
ris plorans. ¶ Secūdo offendit per aures.
audiendo vana. Eccl'i.18. Sepi aures tuas
spinis. ꝛ noli audire linguā neq̄. Malū ē
audire impudica. inhonesta. Maria audi-
uit inhonesta: sed satissfacere voluit: qr au-
res suas occupauit in auditione diuini ver
bi. Joā.8. Audiebat verbū illius. De para
diso. de angelis. de ꝛc. ¶ Tertio ꝑ capillos.
eos vane cōponendo. faciendo cerudellos.
cornua. Putant nō esse peccatū mulieres ī
capillis. Exemplū lib. de.7. donis. Quedā
comitissa: cū esset multū liberalis ad pau-
peres. sed multū vana in ornatu capilloꝝ.
Post mortē apparuit cuidā familiari muli
eri sibi dicens se esse dānatā ꝓpter ornatū
capilloꝝ capitis. Unde vidit mulier illa ca
put habere plenū serpentibus mordētibus
ip̄m loco capilloꝝ in penā illius vanitatis.
De ijs loquitur dn̄s Jsa.4. Eleuate sunt
filie syon: ꝛ ambulauerunt extento collo. et
nutibus oculoꝝ. Uere extento collo. qr va-
negloriose. extendūt collū vt grue. Mirum
ꝙ nō timeant deferre capillos mortuos. cū
naturaliter sint timide. Maria de ipsis sa-
tisfecit. Et capillis capitis sui tergebat. Qr
cum capillis suis lauit pedes Jesu christi.
¶ Quarto offendit ore. Et hoc osculando
impudica. ꝛ os amatoris. Maria āt pedes
Jesu osculabatur. Et de hoc osculo. Can.1.
Osculetur me osculo pacis. Unde ad cru-
cem depingitur ad pedes Jesu cum lachry
mis quos osculabat̄. ¶ Quinto ꝑ deletum
ꝛ per vnguenta. O vane mulieres. Contra
tales ps. Facies pctoꝝ. i. demonū sumitis.
Sed tales puniunt̄. Joel.2°. Oēs vultus
redigentur in ollam. Satisfecit. qr vnxit pe
pes Jesu. Et vnguēto vngebat. O precio-
sum vnguentum deuotiōis. ꝛ contritionis.
¶ Sexto per totū corpus. in peccata ipsum

inuolupando. satisfecit per aspam pniam per annos.30.in speluncam. Quia vt dicit Chriso.super Mat. Qualis precessit offensio.talis debet sequi reconciliatio. Fuit superba: satisfecit per humilitatẽ. Fuit dissoluta: effecta est honesta. Et tu o aia peccatrix exemplũ sũme a magdalena. Vade ad pedes Jesu: cũ magdalena.plange.clama. O signor mio habe de me peccatore misericordia. Unde ecclesia. Egra currit ad medicũ. vas ferẽs aromaticũ.⁊ a morbo multiplici.verbo curatur medici. Canta. Unde ihs pharisco.vides hanc mulierẽ? hec ẽ q̃ offendit ore.oculis.manibus.toto corpore satisfecit. Exemplũ de ea. Cũ quadam vice postq̃ dedit se peccatis.volens eam xp̃s cõuertere: ea dormiente.talẽ habuit visionez. Vidit nãq; mulierẽ q̃dam pulchrã habentẽ filiũ in manibus: que ante eã stans dicebat. O maria: vis filiũ meũ habere in spõsum? Respondit illa. Volo. Cui illa. Nunq̃ habebis euz: nisi relinquas peccata. Euigilans amore accensa: ad xp̃m cucurrit. audiens eum in templo predicantẽ. que audiẽs lachrymis plena: conuersa est. Unde patet secundum.

Tertium dicitur ⁊c. Contulit ei christus.quinq; priuilegia.merito suis bonis operibus.

¶ Primo fecit eam secretariã.
¶ Secundo fecit eam familiarem.
¶ Tertio fecit eam suã medicam.
¶ Quarto fecit eam suã thesoreram.
¶ Quinto fecit eam suã ambasiatricem.

¶ Primo ⁊c. Quia vt dicit Ro.6°.c°. Ubi abundauit delictũ ⁊c. Paulus factus vas electionis. Publicanus euãgelista. Petrus princeps aplorum. Magdalena secretaria Luc.7.legit q maria sedebat secus pedes dñi: ⁊ audiebat vbũ illius. Non legit q ibi aliqs fuerit: nisi ipsa cuz ipso. Et ei dicebat secretũ sue passiõis: ⁊ futura circa sacr̃z sue resurrectõis.⁊ de alia vita i signũ amicitie. Qr vt dicit Prouer.25. Cãm tuãcũ amico ptracta. Sen. Oia cũ amico delibera. Th. in postil.sup Jo. Verũ signũ amicitie ẽ: q amicus amico suo cordis secreta reuelet.

¶ Scdo fecit eam ⁊c. vz: mr̃is sociã. Que licet esset purior: tñ in sociam ei dedit.in signum amoris. Nõ mariã Cleophe.nõ Salome: sed magdalenam.

¶ Tertio fecit ⁊c. Magnũ est esse medicuz imperatoris aut regis.sed fortius Jesu xp̃i. O magdalena. que xp̃m vnxisti manibus ꝓpriis.

¶ Quarto fecit eã ⁊c. Magdalena xp̃o dedit pannum in cruce. Et christus ei dedit sanguinẽ quẽ colligebat ad pedes crucis: ⁊ in ãpulla posuit: que marsilie habet.

¶ Quinto fecit ⁊c. quia fecit apostaloꝝ apostolam. Ecclesia canit. O mundi lampas.⁊ margarita prefulgida. que resurrectionem christi nunciando: apostolorũz apostola fieri meruisti. Prattica in verbo. O mundi ⁊c. O speculuz penitentie. O spes miseroꝝ peccatorũ. Apostoli fuerũt missi predicare. magdalena aũt predicare predicatoribus. Preterea fidem maiorẽ habuit oibus apostolis: quia citius credidit. Apostoli post resurrectionẽ xp̃m viderunt. audierunt. cũ christo comederunt. Maria non habuit ista: tamen credidit. Unde ex priuilegio prima vidit xp̃m resurgentẽ. Unde habuit priuilegium oĩuz sanctoꝝ. Primo apostoloꝝ: qr p̃dicauit. Quis sit mulieri prohibitũ predicare. tamẽ ex quodã priuilegio particulari ei concessũ est. Secũdo patriarchaꝝ: i benignitate: quia de facultatibus suis: christo contulit ⁊ apostolis omnibus. Tertio prophetarũ: qr christi aduentũ pronunciauit in galileam. Quarto martyrum: quia corpus suum martyrizauit. Quinto cũ Joanne baptis.qui lauit corpus christi in Jordane. Hec autem caput.pedes.imo osculũ dedit. Preterea priuilegiũ confessorum: quia fidez christi ꝯfessa est. Et ob hoc tñ a christo dilecta est: a quo in illo celesti ⁊ felici regno celoruz meruit exaltari. Ad quod ⁊ nos perducat iesus suus sponsus.q ⁊c.

¶ Feria.6.dominice de passione. De iracundia.



ollegerũt põtifices ⁊ pharisei cõcilium ⁊ dicebãt. Quid facim⁹: quia iste homo multa signa facit? Jo.xi. ¶ Scdm Tho.in cathena. Tempore quo iudea facta fuit tri- butaria

butaria romanis. Pontifices romani statuerunt: nullus diceretur rex: nisi ille quem romani ordinassent. Judei ergo videntes magnū concursū populi erga iesum, dubitauere scribe ne romani venirent, et eos de hierusalem eijcerent. Unde maiores. i. pontifices qui erāt maioris auctoritatis et magis litterati: et pharisei qui pre alijs videbātur religiosi: collegerunt concilium aduersus iesum inuidia cōmoti, cum audissent lazarum suscitasse. Quid facimus etc. Secundum Cano. ij. q. 2. c. Episcopus. §. Si ergo iniuste. Sententia erit iniusta et consilium triplici de causa: Prima ex animo. Cum iudex nō ex zelo iustitie: sed ex odio, liuore dat sententiam. Secunda ex causa. Cum quis condemnatur pro causa que non est vera, pro furto scilicet quod non commisit. Tertia ex ordine. Quia scilicet non seruatur ordo iudiciarius. Causas has: seruauerunt isti: ideo male. Secundum Egidium libro de regimine principū. In omni bono consilio tria sunt seruanda. Primum est maturitas. Unde iudex in proferendo sententiā sedet: iuxta philosophum in. 7. phis. Sedendo et quiescendo: fit anima sapiens. Secundo cum pace: et non perturbatione. Exo. 23. Innocentē et iustum non occides. Tertium est sapientia. Prouer. 8. Ego sapientia in cōsilijs habito. Quod nō fecerunt hodie in suo concilio. Quid facimus: Si dimittimus eum sic. venient romani scilicet in tanta fortitudine, quod nō poterimus resistere. Et tollent locum nostrum idest ciuitatem et templum. Et gentem, captiuantes populum. Glosa. Passio timoris subuertebat eis iudicium rōnis. Unus autem ex eis, Caiphas nomine. Cum esset pontifex anni illius: dixit. Uos nescitis quicquā nec cogitatis. q. d. Bonum cōmune: magis est eligēdum: quam bonum particulare. Si enim dimittatur homo iste: bonum totius populi dissipabitur, secundum eorum estimationem. Et sic concludit, quod sit ad mortem condemnandū etiam si nō inueniatur causa mortis. Unde dicit. Expedit vobis: vt vnus homo moriatur: etiam si esset bonus et iustus. Pro populo. i. pro conseruatione populi. Et nō tota gens pereat. Unde patet aperte, quod passio inuidie contra christum et passio timoris perdendi gentē et locū: subuertebatur in eo iudiciū rōnis. Hoc autem a semetipso non d. sed cum esset pon. etc. Glo. ipso ignorante protulit propheticū verbū: non rōne sui meriti: sed dignitatis officij. Amb. Ueritas a quocunque etc. Nec mirum si in ore iudei fuit verbū propheticū a spū. s. positū. quia vt dicitur Nū. 22 asina Balaā: dixit dño suo. Cur iterum me 3°. cedis: Ab eo die et consilio cogitauerunt eū occidere. Jesus iuit in Effren ciuitatē paruā. Unde ibi Abagarus rex misit epistolam: vt ad se veniret Xps autem faciei figurā in sudario misit. vt dicitur in. 3. di. 9. q. 1. a Th. Sequitur. Et ibi mo. c. d. s. scilicet vsque ad tēpus propinquū sue passionis. Applica. De iracundia. 3. se offerūt i pñti.

¶ Primum, dicitur diffinitiōis.
¶ Secundum, dicitur diuersificationis.
¶ Tertium, dicitur punitionis.

Primū etc. Tho. 22. q. 158. a. 3°. Ira est appetitus vindicte. Quia pro ait iracundus. Ille mihi nocuit: nō quiescā donec faciā vindictā. Dicā, agam. Ira est appetitus vindicte. Et Albertus in. 3°. li. Cō. c°. 17. Ira est motus animi concitatus ad penam inferendam. Et Lactan. in libro de ira ad Donatum. Ira est cupiditas vleiscende iniurie. Sed pro maiori declaratiōe notandum est secundum supradictos doctores. quod duplex est species iracundie: vt etiam ponit Tho. sup epistolas Pauli: ad Ephesios. 4. quod duplex est ira. Una est que est secundum iudicium rōis: que proprie dicitur zelus. Alia que excedit ipsā rōnē: que proprie dicitur passio. Primo modo talis ira nō est pctm. imo necessaria quia ordinat hoiem ad deū. in corrigēdo pcā et defectus. Unde Hiero. Qui irascitur cū cā. non est reus. Nam si ita non fuerit: nec doctrina proficit. nec iudicia stant. nec crimina compescuntur. Et Amb. li° de offi. Ubi culpa est: irascimini. Quia vt dicit phs in. 4. eth. Nō irasci in quibus oportet: insipiētis est. Et Hier. Qui nō irascitur aut deus aut lapis est. Et Dd in ps. Irascimini et nolite peccare. Ad hāc inducitur homo 3. exēplis. Primus scripturalis. 1. Mac. 2. Cū rex Antiochus misisset nūciū Matathie scō viro. vt idolis sacrificaret. Iratus sctūs dei occidit nūcium: et iudeū partiter qui coram eo sacrificabat. Et. 4. Re. 2. Idem sanctus dei occidit quadringētos prophetas falsos in torrente cison. qui idolatrare faciebāt populum. Exo. xi. Cum dominus populo precepisset quod nullus de manna reponeret vsque

mane. Ipsi autez ingordi. vt lupi. quibusdaz reservatis cuz scaturirent vermibus: Moyses iratus propter divini precepti cōtemptum. eos occidit. Exo. 32. Cum populus luderet circa vitulum aureum: iratus Moyses proiecit tabulas z confregit. Et ex eis qui fuerunt in culpa occidit. 20. M. Preterea. Numeri. 21. dixit dominus moysi. Tolle omnes principes z suspende in patibulis contra solem qz locuti erant contra dominuz. Ecce primuz exemplū scripturale. Secunduz exemplū est doctrinale. Joannis bap. qui acriter redarguit herodez: propter vxorez fratris sui Philippi: quam tenebat in vxorez. Preterea Ambro. irat⁹ contra Theodosium quia sanguinem fudit apud thesalonicam. qz occidere fecit. 7. millia homines. non permisit eum ingredi templum. ipsum excōmunicatum reputās. Et de beato Stephano: qui çelo repletus: dixit iudeis. Uos semper spiritui sancto restitistis. Et de beato dominico qui sacristaz vsq3 ad sanguinem verberavit. quia receperat sudarium a muliere sine licētia. Mirantibus fratribus dixit. Non est crudelitas sed pietas pro deo punire crimina. Et C. de furtis. l. Siquis. Et. l. Ita vulnerat⁹. ff. ad. l. aquiliam. Delicta non debēt remanere impunita. Que punitio non fit. nisi p iram. Ideo Lactan. li. de ira ad Donatuz. Necesse est bono ac iusto displicere q̄ prava sunt: z cui maluz displicet moveri ad iraz: cuz id fieri videt. Ille. Ideo xp̄s Jo. 2. ira permotus. videns templuz pphanari mercantijs z negociationibus funiculuz fecit. z omnes cuz ira eiecit de templo: di. Scriptuz est eniz. Domus mea: dom⁹ orationis rc̄. Auferte ista hinc. Ubi nota ƒm Th. in post. super Jo. q̄ xp̄s in iniuria ppria fuit patiens semp: in exemplū nostrū: vt patet Jo. 8. Demoniuz habes. Respondit benigne. Ego demoniuz non habeo. Et quādo percussus alapa fuit. Mat. 26. Cur me cedis: Sed impatiens fuit in iniuriam patris sui. z se turbavit. d. Auferte ista hic Et Mat. 4. quando demon dixit. Hec omnia tibi dabo si cadēs adoraveris me. Qz hoc cedebat in vituperiū patris. Jō Hierony. Iniuriam meā patienter tuli: iniuriā patris mei patienter ferre non potui. Unde patet secunduz exempluz. Tertio exēplo paganali. De Bruto romano. De quo Vale. li. 5. c. 8. De severitate parentuz adversus liberos. Cuz audiret duos filios suos velle introducere in romaz dominationem Tarquinij superbi a se expulsum: fecit filios virgis ferreis acriter cedi. Et vos o patres. o matres: corrigite filios vestros. Irascimini z nolite rc̄. Prover. 13. Qui parcit virge odit filium suū: qui autem diligit illum instanter erudit. Et phs. 6. Poli. Bonum est q̄ parentes corrigant filios ociosos. Et vos o officiales. o pretores. irascimini contra mala: qz bonitas z pietas in hoc est mala. Unde dis. l. c. Siquis diaconus. Que est ista bonitas iustitie inimica: palpare criminosos. z eorum crimina dimittere impunita: Ille. Ad vos clamo: quibus incumbit irasci. In huius figuraz. Isa. 22. dominus dixit Isaie. Vade z ingredere i tabernaculo ad summum templi prepositum. Et dic ei. Quid tu hic: aut quasi qs hic: Morte morieris. Idest cur queris principatum: si non vis mala reprehendere: Ecclesiastici. 7. Noli querere fieri iudex: nisi valeas virtute irrumpe iniquitates. Unde. i. Re. 23. Qz Heli sacerdos non correxit filios suos. dominus eos occidit. z ipse mala morte mortuus est: q̄uis aliter esset bonus. Et. 2. Re. 13. quia David non correxit Amon. qui stuprarat sororem suam Thamar: ipse Amon occisus fuit in convivio ab Absalon. Et David percussus fuit peste in populo. Unde patet prima spēs ire.

¶ Secunda species est que excedit rōnez hominis: que dicitur passio. Et ista est mortale. De qua Prover. 27. Ira non habet misericordiam. De hac ad scdm.

S Ecunduz dicitur rc̄. Th. vbi supra. Archiepiscopus scda pte sū. Phs 3. Ethi. Tres sunt diversitates iracundorum.

¶ Quidam sunt acuti.

¶ Quidam sunt amari.

¶ Quidam sunt difficiles.

¶ Quidā rc̄. Isti sunt qui de facili ad oīa etiam minima irascuntur. e levano el naso. Et vocantur tales colerici. Bona colera: sed periculosa. Hanc habent precipue mulieres: q̄ de facili irascūt. Eccl. 25. Nō ē ira super iram

ſuper iram mulieris.ſ. acuta ⁊ facilis. Ubi
philoſophus.8.de animalibus ꝙ mulier eſt
maioris inuidie ⁊ faciliorís ire:q̃ vir. Con
ditiones huius ire.⁊ talium non ſunt bone.
Et homo debet habere ſtudium circa hoc:
vt talem iraʒ refrenet. Quia vt habet phs.
i.ethi. Impoſſibile ẽ indignantẽ opari bo
na. In.i.Elen. Homines irati minus conſi/
derare poſſunt. Et.xi.q.3.c°.Illa. Cõmotio
nis tempore:iuſtum putat omne quod fece
rit. Cato. Ira impedit aíum ne poſſit cerne/
re verum. Exemplis patet. Primo de Ale/
xandro magño. Cum quidam miles ſibi ca
riſſimus laudaret patrem eius Philippum
fuiſſe probum in armis q̃ ipſe: ira ſuccen/
ſus ipſuʒ occidit manibus proprijs:de quo
poſtea doluit.in tm̃ ꝙ ſeipſum occidere vo/
luit. O quot blaſſemie. O quot homicidia
prouenerunt ex hac ira.vnde cohibenda ẽ.
In ps.36. Deſine ab ira ⁊ derelique furoreʒ.
Et Lact.in libro de ira. In homine cohibẽ
da eſt ira:ne ad aliquem maximũ proſiliat
furorem. Ab hac ſe temperarunt pagani.
De Platone legitur:cum quẽdam ſuũ di/
ſcipulum verberaret de crimine. Aduertẽs
ꝙ ira incipiebat ei dominari:vocauit vnuʒ
de diſcipulis ſuis.cui cõmiſit criminis puni
tionem:volens ſubmittere rationi paſſiõeʒ
⁊ iram. In quibus verbis:querit anima
cara dubium:vtrum in ſapientẽ cadat ira:
Due fuere opiniones circa hoc. Una ſtoico
rum:ꝙ non.quia ſapiens nulla perturbati
one mouetur:ſed ſemper firmũ habet aíuʒ.
In.2°.ethi. In ſapienteʒ nõ cadit ira. Alia
eſt peripateticoꝝ:⁊ iſta eſt verior.ꝙ ſcilicet
ſapiens ad iram ⁊ perturbationem moue/
tur:vt dicit Hiero. Si ſapiẽs iraſcit̃:mouet̃
cũ moderatiõe. Nec cito ſcarga la bombar
da.de malis. Et dat locum ire. Quia iquit
phs.2°.rhe. Tempus quietat iram. Unde
Amb. dedit documentũ hoc Theodoſio im
peratori:vt quãdo ſe iratum ſentiebat.24.
litteras alphabeti diceret moroſe.donec ira
ceſſaret. Optimũ documentum. ¶ Quarto
quidam ſunt amari. Et iſti ſunt qui iraʒ te
nent:⁊ cum difficultate remittunt. O mala
natura. Tenent loquelam.nec parcunt.ni/
ſi mille perſuaſionibus perſuaſi. Contra do
minus Leui.19. Non eris memor iniurie ci
uium tuorum. Quod eſt ſignũ magnanimi
tatis. Senẽ.lib. de quattuor virtutibus. Si
magnanimus fueris:nunq̃ iudicabis tibi
fieri iniuriaʒ. Super quo Giraldus odonis
ſuper.4.ethi.ponit tres conditiones homi/
nis manſueti ⁊ pacifici.⁊ magnanimi. Pri/
ma.ꝙ paſſione non ducitur. Secunda.ꝙ ẽ
iniurie ⁊ offenſe remiſſiuus. Tertia.ꝙ non
eſt vindicatiuus. Quia vt dicit philoſoph⁹
4°.eth. Eſt ſeruile poſſe ⁊ velle vindicare.
⁊ obliuiſci magnificum. Hanc magnificen/
tiam habuerunt romani. De quibus Uale
rius libro.4°. Rub. de moderatione. M.
Bibulus duos habuit filios.quos milites
egypti occiderunt. Unde regina Cleopãtra
miſit huic hos homicidas ſimul ⁊ carnificẽ
vt de illis ſe vindicaret. Uir autem prudẽs
coegit iram ſuam moderationi cedere. Un
de illis pepercit:⁊ in pace ad propria remi/
ſit. Preterea hanc manſuetudinem habu/
it Dauid:quem Saul perſecutus ſemper
fuit:vt patet.p̃.Reg.17. Cum mulieres ca/
nerent in tympanis in laudẽ Dauid Saul
percuſſit mille:⁊ Dauid.x.millia.irat⁹ Saul
dixit. Quid enim ſuper eſt ei:niſi ſolum re/
gnum: Ex tunc nõ rectis oculis aſpiciebat
eum. Unde lancea tentauit eum configere
cum pariete:tamen Dauid poſt plures per
ſecutiones potuit eum interficere in ſpelun
ca. Quia Abiſai voluit eum lãcea interfi/
cere:ſed Dauid dixit ei. Ne interficias euʒ.
Quis enim extendet manum ſuam in chri
ſtum domini.⁊ innocens erit: Abſtulit ha/
ſtam Dauid.que erat ad caput eius ⁊ cy/
phum aque. Unde patet ⁊c̃. ¶ Tertio qui
dam ſunt difficiles.qui nunq̃ remittunt in
iurias:qui furioſi vocãtur:⁊ potius anima/
les q̃ rationales. Contra quos apoſtolus
ad Eph.4. Sol non occidat ſuper iracun/
diam veſtraʒ. Glo. Sol.i.ira non permane/
at in vobis:lʒ quandoq; fit. Ubi nota ſm
Albertum ſuper Lucam.ꝙ tres ſunt homi
num generationes. Quidam ſunt qui red/
dunt bona pro bonis. Et hoc eſt quoddam
naturale Mat.26. Si diligitis eos qui vos
diligunt quam mercedem habebitis.apud
patrem: Nonne publicani hoc faciunt:
Quidam reddunt mala pro malis:ꝙ eſt
prohibitum:quia hoc deus ſibi reſeruat.
Ad Ro.xij. Mihi vindictam ⁊ ego retribu
am. Quidam bona pro malis. Quod fecit

christus. ⁊ sancti in presenti vita. Unde fugienda est ira: si recte homines ⁊ amici dei volumus eẽ ⁊ dici. Unde Lactan. in p°. libro. c°. 9. Animum vincere. irã cohibere: fortissimi est. Et Senẽ. in epistolis. Nam vicisse extraneas nationes bellatorum: virtus est populorum. Uincere autem vitia ⁊ peccata: virtus est moruʒ. Ille. Unde relinquenda est iracundia.

Tertium dicitur ⁊c̃. Hester. 6. Legitur. ꝙ duo fuerunt curiales apud regem Assuerum: videlicet: Aman ⁊ Mardocheus. Uidens auteʒ Aman ꝙ Mardocheus erat dilectus a rege: ira succensus procurauit apud regem: super lignũ ipsum suspẽderet. Parata autem furca inspirante spiritu sancto cor regis imutatuʒ est. In ipso ligno preparato Mardocheo: positus est Aman. Ecce quomodo punita fuit ira Aman a deo. Preterea. 3. Re. 21. Cum rex Achab vellet vineã Naboth: nec habere eam posset posuit se ad lectum ex dolore. Uxor ei⁹ ira succensa. scilicet Jezebel contra Naboth: fecit ipsum interfici. Sed vltio diuina secuta est contra hanc iram. Quia canes linxerunt sanguineʒ Jezabel in loco vbi Naboth fuit interfectus Ecce quomodo punit diuina prouidentia. hoc peccatum. Unde Prouer. 19. Qui impatiens est sustinebit damnum. scilicet temporale. In quibus verbis. Querit anima cara dubium: quale est remediũ ꝯtra hoc peccatum ire: Respondeo ſm doctores: ꝙ tria sunt remedia principalia.

¶ Primũ. est silentij obseruatio.

¶ Secundũ. est dñice passiõis cõsideratio.

¶ Tertiũ. est vite eterne acquisitio.

¶ Primũ est ⁊c̃. Parum loqui. Prouer. 15. Cum defecerint ligna. idest verba: extinguetur ignis. Responsio mollis frangit irã: sermo durus suscitat furorem. Et Grego. Gloriosius est iram tacẽdo fugere: ꝙ̃ respondẽdo superare. Parum ergo loqui debet homo. Et quando loquitur: cum maturitate. Unde Socrates habebat in sigillo suo scriptum. Amicus hominis est sapientia eius: videlicet: tacere. Quia in multiloquio non deerit peccatũ. Exemplũ de abbate Isaac: qui a fratribus interrogatus. quare demones nõ timeret: Respondit. Ex quo factus sum monachus statui apud me. vt iracundia extra guttur meũ non prodeat. Quod facio: quia parum loquor. Et si loquor semper cum mãsuetudine. Preterea de Ber. legit etiam. ꝙ appropinquãte morte sua: cũ requireret a frĩbus doceret eos documẽtũ: dixit eis. Alieno sensui magis: ꝙ̃ meo credidi. Nullũ scandalũ facere volui. Lesus vindictã nõ expetij neqꝫ irã tuli. ¶ Scd̃m dicitur dominice passionis consideratio. Joã. 14. Exemplũ dedi vobis: vt quẽadmodum ego feci ⁊c̃. O quantuʒ fuit iniuriatus. Jo. 8. Demoniũ habes. A ſuo ꝑcussus Mat. 25. Si male locutus sum: testimoniũ perhibe de malo. In cruce positus: orauit pr̃em. Pater ignosce illis. In huius figuram. Numeri. 21. Filij israel. respicientes in serpentẽ in palo. sanabantur a morsibus serpentum ignitorum. Unus de serpentibus ignitis ẽ ira: a qua quis sanatur. si diligenter quanta xp̃s in cruce ꝓ eo passus ẽ cogitat. Und̃ Grego. Si passio christi ad memoriam reducitur: nihil est quod non equo animo toleretur. ¶ Tertium dicitur ⁊c̃. Unde Prouer. 3. Mansuetis dabit gratiaʒ dominus. Ecclesiastes. 1. Beneplacitum est ei mansuetudo. In ps̃. 149. Exaltabit mansuetos in salutem. Mat. 5. Beati mites: quoniaʒ ipsi possidebunt terrã. Nota in verbo hoc Mites. Quadruplex generatõ possidet mũdũ. Prima est fatuorum: qui totũ mundum faciunt suũ. Sunt dñi sine tristicia. Secunda dupliciorum: qui vadunt al placebo: per la via de piasenza. Officium poltronoruʒ est hoc. Tertia sunt hipocrite: qui mundũ deludunt: totus mundus istorum est. Si quis vult esse amicus huius mundi: vadat cuʒ collo torto. Iste mundus vult decipi. E chi non lingana non e so amigo. Quarta mansuetorum: qui habent conuersationeʒ benignam. Unde ps̃. Mansueti autem hereditabunt terram. Moyses ſm Diony. ꝑpter mansuetudineʒ fuit dignus apparitione diuina. Quod si tu quoqꝫ egeris. sinendo irã promereberis hic ⁊c̃.

¶ Sabbato in ramis palmarum. De salutatione marie: que est per Aue: quomodo inducimur.



Salutate mariã que plus oĩbus laborauit. Ad Ro.16. ¶ Exemplum Uincentij historialis. de Theophilo qui pauprimus vicedominus fuit cuiusdam episcopi. Qui ab ipso episcopo fuit depositus officio suo. Desperatus super hoc demonem inuocauit: ⁊ matrẽ cum filio negauit: ⁊ ei chyrographũ sanguine proprio fecit. ac sigillatum demoni tradidit. In crastinum Theophilus in gratiam episcopi recipitur demonis procuratione: ⁊ suo officio restituitur. In se reuersus post paucos dies: ad virginem confugit. In nocte sequẽti apparuit ei virgo maria ipsum redarguens. Ad preceptum eius. demoni renunciauit. atq; matri ⁊ filio est reconciliatus. Demon autem coactus est dare cartam Theophilo: ⁊ coram omni populo retulit. quod acciderat. Et cunctis admirantibus ⁊ virginẽ laudãtibus: post triduum in pace quieuit. Unde ipsam salutemus. Aue maria. Salutate mariã que ⁊c̃. Manca el sentimẽto del homo. la lingua sacosta al palato: ogni human parlar vene al manco: quando la mente humana ven a considerar la dignita ⁊ excellentia de maria. Et ideo meritamente cum alti preconij se debe honorare. Secundũ sententiã Jacobi de voragine i mariali. Ecclesia sancta salutat virginẽ in officio diuino in diuersis modis. Primo salutat loco ⁊ vice trium personarũ .s. trinitatis dicens. Aue gratia plena. Que salutatio fuit facta per angelum. Secundo ecclesia virginem salutat vice ⁊ loco omniũ angelorum cũ dicit tempore pascali. Regina celi. Que fuit facta ab angelo: christo resuscitato. Tertio ecclesia salutat ipsam vice ⁊ loco omniũ sanctorum: qui sunt in patria omni sabbato in missa dicens. Salue sancta parens. Quarto ecclesia eam salutat oĩ die in completorio: loco ⁊ vice omniũ peccatorum: qui sunt in mundo dicens. Salue regina misericordie. Ideo assumpsi ꝟba. Salutate mariã ⁊c̃. In qbus verbis. videbimus hãc ↄclusionẽ. ꝙ maria ẽ salutanda a nobis. Ad quod iducimur. triplici rõe.

¶ Primo. ratione resalutãtionis.
¶ Secundo. ratione inuentionis.
¶ Tertio. ratione cooperationis.

¶ Primo ⁊c̃. Naturale hoc regrit: ꝙ vna persona salutata: resalutet. Bona vita. Bona vita el bon anno. Ad Ro.16. Salutate inuicem in osculo pacis. Alibi. Honore inuicem preuenientes. Ad propositũ. Si nos mariã salutamus: ipsa resalutat nos. Dio vi salui fiolij ⁊c̃. Sed ꝑ maiore noticia. Nota ſm Tho. super Aue maria. Quod in testamento veteri: angelica natura erat tante dignitatis. ꝙ a natura humana adorabatur. Et magnum erat priuilegium nature humane. si hoc agere posset. Unũ ad laudem Abrae scribitur Gñ.22. ꝙ angelos recepit hospicio. ⁊ exhibuit eis reuerentiã. et ꝙ tres vidit ⁊ vnum adorauit. Unde natura humana in toto subijcebatur nature angelice. Hec autẽ subiectio erat propter hoc: quia natura angelica erat maior natura humana: quoad tria.

¶ Primo. quoad dignitatẽ.
¶ Secundo. quoad familiaritatẽ.
¶ Tertio. quoad plenitudinẽ.

¶ Primo quoad ⁊c̃. Quia angelus est nature spiritualis: iuxta illd ꝑs. Qui facis angelos ⁊c̃. Et phs. xij. Meta. appellat angelos: substantias sepatas. Hõ aũt est nature corruptibilis. Unũ Dauid. Ego sũ ꝟmis ⁊c̃. Et Abraã. d. Loqtur ad dñm: cũ sim puluis ⁊ in cinis. Indecẽs ergo erat: vt spũal' creatura exhiberet reuerentiã corruptibili. Scdo quoad familiaritatẽ. Angelus erat deo familiaris: vtpote deo assistẽs. Dañ.7. Millia milliũ assistebãt ei: ⁊ decies cẽtena millia mistrabãt ei. Hõ ãt erat q̃si extraneꝰ ⁊ elõgatꝰ ab eo. ꝑ pcm̃. Unũ ꝑs. Elõgaui fugiẽs. 3o. quoad plenitudinẽ. Angeli. n. pticipãt ipz lumẽ diuinũ i sũma plenitudine. iõ sp cũ lumie appent. Hoies ãt ⁊si aliqd pticipãt de ipo lumie: pax tñ ⁊ i obscuritate q̃daz. Qr ḡ his tribꝰ nã angelica excedebat nãm hũanã. iõ adorabat ab ipso hoie. Sz postq̃ i vltia etate gr̃e. inuẽta ẽ vna mlĩer q̃ ãglos excedebat i hĩs tribꝰ. Et q̊ad dignitatẽ: qr mr̃ dĩ. et q̃ mr̃nitate ↄtrahebat affinitas ifinita. q̃ melior fieri ñ potuit. vt hz Th. i. p. q. 25. a. 6. Et i. i. ſñ. di. 44. a. 3. Et Bon. i i. di. 44. Et Dam̃. i. 3. Et q̊ad familiaritatẽ.

quia cum ipsa est tota trinitas. Luc. 2. Dominus tecum. Et quoad plenitudinem, quia plena gratia. Aue inquit gratia plena. Ideo missus est angelus qui ipsam honoraret. Aue inquit gratia plena. q.d. exhibeo reuerentiam tibi: quia sine ve. Aue inquit. Quod verbum plurimum placet marie. Unde Henricus de hassia in summa theologie. d. Quod tale gaudium habet quando dicitur. Aue: quale habuit: quando fuit ab angelo salutata. Unde Ber. Celum ridet, angelus gaudet, mundus exultat, infernus contremiscit, demones fugiunt: dum dico Aue maria. Ille. Exemplum vidue Helisabeth: que retulit suo confessori: quod nocte quadam cum in suo lecto quiesceret, venit maria ad ipsam: quam assidue salutabat per verbum Aue. et dixit sibi. Dormisne filia? Cui dixit. Non domina mi, sed cupio informari cur ad me peccatricem venisti. Respondit virgo. Ueni vt doceam te et omnes meos fideles, vt non desistant a salutatione angelica: eo quod gaudium maximum mihi prestant. Et sicut ineffabile gaudium habui: quando angelus mihi nunciauit filii mei incarnationem, sic nunc cum eadem verba a peccatoribus replicant. Unde quidam Uulgaris.

Chi el paradiso vole: a maria volta li ochi.
Poy aley singenochij cum humile core.
Unde patet prima ratio.

Secundo ratione etc. Conclusio est Canonistarum. 14. q. 6. c. Siquid. Et c. Multi. Quicquid inuenisti et non reddidisti, rapuisti. Et. ff. de furt. l. Falsus. Et. ff. de iniuriis. l. Conditio. ff. de conditione indebiti. l. Rerum. ff. rerum amotarum. Ad propositum. Ex peccato ade mundus gratiam perdidit. Ad Ro. 5. Per vnum hominem peccatum in hunc mundum intrauit. Que gratia fuit quesita per omnes etates. In prima etate per oblationem sacrificiorum in Abel. In secunda etate, per immolationem animalium in Noe. In tertia etate, per decimas in Abraam. In quarta etate, per circuncisionem tempore Moysi. Sed nullus illam inuenire poterat, maria sola excepta. Non Sarra, non Rebecca, non Judith etc. Quid dicis o Gabriel. Lu. 20: Inuenisti gratiam apud deum. Quam gratiam inquit Ber: Dei et hominum pacem, mortis destructionem, vite reparationem. Ille. Et Nicolaus de lyra. Inuenisti gratiam non solum pro te, sed pro humano genere. Hec est enim que totius mundi reparationem obtinuit solutem hominum impetrauit. Ille. Ad propositum. Inuenit quidem gratiam. Et res inuenta debet restitui. Et sic necessario concludo: quod maria cogitur peccatorem adiuuare: cum de nostro habeat: et gratiam peccatori restituat. Aliter diremo o maria: ti esser ladra. Unde Ignatius in epistola de maria. Impossibile est aliquem peccatorem o virgo saluari: nisi per tuum auxilium et fauorem. Et Cassianus. Tota salus humani generis: consistit in plenitudine gratie marie. Et Anselmus. Sicut impossibile est: quod illi a quibus virgo maria oculos sue misericordie auertit: saluentur. Ita necessarium est: quod hi ad quos conuertit oculos pro eis aduocans iustificentur. Ille. Exemplum mulieris romane que filiam peperit, quam docuit Aue maria, omni die dicere. Dedita autem ornatui: vna die demon apparuit post choreas dicens. Ueni mecum inquit. Quis es tu? Demon ait: qui te ad infernum conducere volo, pro tuis demeritis. Cumque illam traheret vi. Clamare cepit. Aue maria: replicans illa verba sepissime. Respondit demon. Maledicta sit illa mulier: que te hanc orationem docuit. Si non dixisses: iudicio dei te certe ad infernum duxissem. O christiane ipsam saluta. Figura. 3. Re. 2. De Bersabee: cui dixit filius eius postquam in throno in dextera collocauit. Pete a me quod vis. et dabo tibi. Neque enim phas est vt auertam faciem tuam. Moraliter. Iste est filius dei, qui postquam matrem suam collocauit secum in throno regio: ei concedit quicquid vult, pro suis deuotis eam salutantibus. O quomodo esset mundus: nisi essent marie supplicationes: que filium cogunt. Unde quidam vulgaris.

Pia ti mostra a me: como sey bella:
Che tanto piacer pillio de lodarti.
Et inanzi al to filiol per me fauella.

Unde patet secunda ratio.

Tertio ratione etc. Inducimur eam salutare, quia fidem sustentauit. Unde Albertus super missus est. c. 187. d. quod priuilegium passionis xpi fuit communicatum marie

sum marie. in passione filij: que sola fuit q̃ fidem crucifixi dei ⁊ hominis habuit. Et sic totus mundus obligatur deo christo: p̲ passionem: ita marie per fidei sustentationem. Unde signanter dicitur Jo.19. Canta. Stabat iuxta crucem iesu mater eius. Sed quid agebat? Quid o maria faciebas ibi? Dic per charitatem. Dic mihi: quid? Respondet Albert⁹ dicẽdo ꝙ tria. Primo stabat doloribus plena. Secundo fide leuata. Tertio amore succensa. Primo doloribus. Quia omnes dolores partus quos alie mulieres in partu sustinent. ⁊ omnes dolores mortis a quibus virgo fuit immunis: fuerunt ei reseruati: tempore passionis filij sui. Qui dolores fuerunt intensi triplici ratione.

¶ Ratione sui.
¶ Ratione filij.
¶ Ratione supplicij.

¶ Primo ratione sui. Quia erat mater. Et hoc.5.modis. Primo mater. Secundo tota mater. Tertio vnici filij mater. Quarto: q2 presens mater. Quinto impotens mater. Primo mater: ideo dolor causabat̃. Plus enim mater dolet de filio: q2 plus laborauit. O quantum dilexit filium suum. De quo Can.4. Nunciate dilecto meo: q2 amore langueo. Secundo q2 erat tota mater. Quando enim dolor diuiditur in multis: minor inuenitur in singulis. Si enim aliqua mulier filium amittat. dolorem cũ suo patre diuidit. Ideo talis dolor ex tali diuisione minuitur. Uirgo enim cum nullo homine aut patre dolorem suum condiuidere poterat: quia nullus pater ibi erat. Q2 totuʒ corpus christi assumptuʒ ẽ ex maria. Et partem ibi non habebat pater carnalis: quia erat putatiuus. Unde intensius amabat. Tertio q2 erat vnici filij mater. Si aliqua mulier filium perdit. si alios habet recipit consolationem: quia alios habet. Maria autem nullum alium habebat nec habere sperabat. Unde doluit. Quarto quia presens erat mater. Quando mater ante oculos videt filium suum occidi: dolet. Maria autem videbat filium suum occidi ⁊ male tractari. ideo doluit sup̲ omnes mulieres. Quinto quia erat impotens mater. ad eum iuuandum. Magna consolatio est matri: quando filium suum potest in morte amplexari ⁊ osculari. Maria autem in nullo poterat eum adiuuare. Audiebat ipsum sitire. potum non poterat porrigere. Uidebat eum in crucem flentem: non poterat consolari. Uidebat ipsum vulneribus plenum: vulnera non poterat attigere. Unde erat doloribus plena super omnes. Secundo dolor causabatur ratione filij. q2 erat bonus. Mater multum dolet quãdo perdit filium bonum. sapientem. ⁊ in omnibus obedientem. Maria autem perdebat filium sanctum. bonum. Unde dolebat super omnes: ratione illius bonitatis. Tertio ratione supplicij. Uidebat enim pati penam ignominiosam. Sap.2.c. Morte turpissima condemnemus eum. Deutero.18. Maledict⁹ homo qui pẽdet in ligno. Preterea dicit Dñicus Tolosanus. ꝙ martyr fuit: ⁊ eius matyriũ sup̲at martyriũ alioꝝ martyrũ, triplici rõne. Prima q2 fuit martyrium amoris: aliorum autem fidei. Secunda q2 alij sunt percussi in corpore: ista autem in corde. Tertia q2 alij post christũ ista autem cum christo ⁊ in christo. ⁊ eodẽ ictu quo christus. Unde tota lachrymosa stabat ad crucem. Jo.19. Stabat iuxta crucem iesu mater eius. Ubi eras o maria? Ad crucẽ. Secundo fide leuata. Quia fidem sustentabat a qua omnes apostoli fuerunt prostrati. Scd̃m Albertum. apostoli a tribus in passione ceciderunt: a quib⁹ maria stetit. Primo a fide: a qua maria nõ cecidit: q2 spũs.s. eam firmauit. Unde figuratur per stellam maris que ceteris cadentibus nunq̃ deficit. Secundo a gratia. Ipsa non cecidit vt apostoli: sed fixa permansit. Tertio a societate xp̃i: q2 omnes fugerunt Maria autem cruci semper fuit coniũcta. Canta iterum. Stabat iuxta crucem iesu mater eius. Ex hoc dicit Leonardus de vtino sermone de annunciatione virginis. ꝙ nisi tempore passionis xp̃i permansisset fides in maria: mundus tunc finiuisset. Tertio stabat amore succensa. Quia ⁊ ipsa pati volebat cum filio pro salutẽ mundi. Unde Ber. Optabat ipsa sanguinem suuʒ addere. ⁊ cum filio sacrificiuʒ vespertinũ celebrare. Quod etiam patet per Ambro. O amor virginis huius. Unde ipsaʒ salutare

debemus. Salutate mariã ⁊c. Exemplum. Quidam magnus peccator fuit qui ex cõsuetudine volens ire ad peccandum, veniens ad altare ante imaginẽ virginis, stans eam salutauit angelica voce: Aue maria: Cum semel faceret, vidit imaginem virgis cum puero in sinu in cruce vulneratum et cruentatum totum sanguinẽq; in gremio matris effundentez sicut fuderat in cruce. Quo viso: obstupefact⁹ dixit. O mater misericordie, quis hoc fecit? Et virgo respondit. Tu ⁊ ceteri peccatores q amplius crucifigitis filium meum q̃ iudei. Et peccator ille ad virginem dicebat. O mater misericordie intercede pro me. Et illa vos peccatores vocatis me matrez misericordie: qui tamen non cessatis facere me matrem miserie esse ⁊ tristitie. Et ille. O mater non dicatis sic: sed mementote esse aduocatã peccatorũ: ⁊ intercedere pro me. Et mater ad filiũ. O pijssime fili: mei amore miserere huic peccatori? Respondit. Cum sim tu⁹ filius tibi negare non possum aliquid. Unde peccatori veniam dedit. Salutate mariam ⁊c.

¶ Dominica in ramis palmarum. De misericordia diuina.



Ecce rex tuus. venit tibi mansuetus: sedens super asinam. Mat. 21. c. ¶ Se la barba piegasse al pecto: ⁊ cũ oculo intellectus perspicaciter consideremus rationalem creaturam capacẽ rationis, dotataz intellectu: quantuz sit intimus, precordialis, ⁊ suisceratus amor illius soprani dei: erga infelicem ⁊ desgratiatam naturam humanam: dubium non est: q miserrim⁹ peccator: gitato ad pedes crucis, indulgentiã ⁊ veniam peteret suorum criminum. Unde Ber. super Can. s. 22. Omnino ppter mãsuetudinem que de te predicatur o bone iesu, curremus post te, audientes q nõ spernas pauperem, peccatorem non horreas. Non horruisti confitentem latronem. Non lachrymantem peccatricem. Non supplicãtem cananeaz. Non deprehensam in adulterio. Nõ sedentem i theloneo. Non supplicantem publicanum. Non negantem discipulum. Non persecutorem discipulorum. Non ipsos crucifixores tuos. Ille. Et quãtũche hec misericordia fuerit per aliquod tempus, solum in celo. ps. Domine in celo misericordia tua. Deinde super iudeos. ps. Notus in iudea deus. Deinde in vtero virginis. ps. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio tem. t. Tamen vltimate diffudit se in toto orbe. ps. Misericordia domini plena est terra. Et Hieronymus ad Paulam. Secura esto o mi blasilla: confidimus probantes vera esse que dicimus: nũq̃ est sera conuersio. Uox hec primum in latrone dedicata est. Amen dico ⁊c.

Et Petrarcha in. 6. Triumpho diui.:
Ma tarde non so may gratie diuine.
In quelle spero che in me ancor saranno!
Alte operation ⁊ pellegrine.

Et iõ scã mr ecclesia auida ⁊ sitibũda salutis suorum filiorum proposuit euangelium hodiernum: in quo inter cetera documenta in eo contenta: maxime facit mentionem de immensitate misericordie diuine. Ecce ingt ⁊c. De qua volentes ⁊ nos hodie sermonez facere: vt animemus miserrimũ peccatorez scire eaz amplecti, de ea tria videbimus in presentiarum.

¶ Primuz. dĩ opinionis.
¶ Secunduz. dĩ declarationis.
¶ Tertiuz. dĩ confirmationis.

p Rimum dicitur ⁊c. Utruz in deo sit misericordia? Due sunt opiniones. Una dicit q nõ. Alia q sic. Prima q non: probat tripliciter. Primuz est tale. Secundũ Damascenũ. 2. sniarum. Misericordia est tristitia de alienis malis. Exempli gratia de illo qui compatit infirmo. Tristitia est passio. Passio non est in deo. Igitur nec misericordia. Secundum est tale. Ad officium veri misericordis pertinet omnes saluare: non damnare. Sed si i deo est misericordia: debet omnes saluare: sz nõ facit. Mat. 22. Multi sũt vocati ⁊c. Isa. i. Multiplicasti gentem: sed non magnificasti letitiam. Ciccus Asen. li. 4. c. 3.

Son molti gli chiamati ⁊ pochi electi.
Ad conseguir le virtu tante.

Et contemplar gli diuini conspecti.
Igitur in eo non est misericordia. Ter-
tium est tale. Si est misericors, debet omnes
saluare: ⁊ omne peccatum remittere. Sed
datur aliquot peccatum quod non remitti
tur. Mat. 12. Qui dixerit peccatum in spiri
tum s. non dimittetur ei neq; in hoc seculo
neq; in futuro. Igitur nõ ẽ misericordia in eo.
¶ Alia opinio ꝙ sic. Miserere mei domine ⁊c.
Rñdeo ad hanc difficultatem ſm doctores
Tho. i. par. q. 21. ar. 3. In. 4. dis. 20. ar. i. Jo-
annem Scotum in. 4. di. 26. Ricardum in
eadem dis. Quod in deo est misericordia:
Que conclusio ꝓbatur triplici medio. Pri
mo ratione. Secundo auctoritate. Tertio
figura. Primo rõne triplici.
¶ Prima ex naturali proprietate:
¶ Secunda ex generali potestate.
¶ Tertia ex experimentali necessitate.
¶ Prima ⁊c. Conclusio est Diony. 4. de di
ui. no. Et phi. i. Ethi. Bonum est suiipsius
diffusiuum ⁊ cõmunicatiuum. Exempli gra
tia. De sole. illuminare cum sit lucidus. De
igni calefacere. Et quanto ẽ maius bonũ:
tanto plus se cõmunicat. Ad propositum.
Deus est sũma bonitas. Plato in Thimeo
Deus est summũ bonũ. supra omnem sub-
stantiam. omnẽq; naturam. Bonitas cuius
non est accidentalis: sed essentialis. Quia
nõ potest abesse a deo summo. Mar. x. Ne
mo bonus nisi solus deus. Ad Ro. 3. Est au
tem deus verax. omnis autem homo men-
dax. i. Re. 2. Non est sanctus vt est dñs. Ec-
clesia. Tu solus sanctus. Nos autem boni
participatiue. Cum ergo sit essentialiter sũ
me bonus: Ideo ẽ sũme bonus: ⁊ per cõse-
quẽs cõmunicatiuus. Quia vbi supra. Bo
nuz est suiipsius diffusiuum. Hanc autem
cõmunicationem bonitatis ostendit: nõ so-
lum quando mundum creauit ex nihilo. nõ
solum quando hominem ad sui imaginem
fecit: verũetiam in presentiarum in suppor
tatione peccatorum. Quia ſm rigorem iu-
stitie meretur peccator statim puniri post
peccatum. Meretur peccator ꝙ statim ter-
ra operiat ipsum ⁊ viuum deglutiat. Me-
retur ꝙ quando dormituz pergit cadat do
mus: ⁊ occidat concubinam cum adultero.
Preterea peccator meretur deduci; de esse
ad non esse. Hec est sententia canonistarũ
15. q. i. c. Si quis. Scdm quantitatem deli-
cti imponenda est penitentia. Et a iuristis.
C. de penis. l. Ne quis. Unusquisq; pro cri
mine quo fuerit deprehensus. modum con
grue seueritatis excipiat. Peccatum est in
finituz ⁊ meretur penitentiam infinitam: ⁊
hec ẽ anihilatio. Tamen supportat pijssi
mus deus vsq; in finez. Isaie. 30. Expectat
nos deus vt misereatur nostri. Non per de
cem annos aut. xx. sed vsq; ad mortem. dũ
modo conuertatur. Ubi dicunt doctores:
quod deus in punitione est tardus: ⁊ inui-
te punit: ⁊ coacte facit iustitiam. Isaie. p°.
Heu consolator de hostib⁹ meis. Glo. Mo
re pij patris: l; inimicos eos deus plangit.
Uelox autem est in misericordia. Et sic ille
qui facit aliquid inuite tarde operatur. Ut
patz de filio quẽ mittis ad scolã: tarde va
dit: s; si mittis ipsum ad spaciandũ. saltat.
gaudet: ridet. Et cosi deus pijssimus ẽ tar-
dus in puniendo. Ualerius. 2. li. Lento. n.
gradu diuina procedit ira: tarditatemq;
supplicij grauitate compensat. Ita in mise-
rendo est auidus. De tarditate iustitie et
velocitate misericordie: figuratur in vtro-
q; testamento. Primo de iustitie tarditate.
Gen. 3. Adam postq; comedit de pomo: ap-
paruit ei dominus clamans. Adam vbi es?
Et audiuit inquit scriptura: vocem dei de-
ambulantis in paradiso. Deambulabat a
passo apasso: quasi inuite puniens. Quod
patet. Qr cũ peccauerit hora sexta. distulit
punire vsq; ad horã nonaz. De velocitate
misericordie. Luce. 15. De filio prodigo vbi
dicit euangelista. Et accurrens cecidit su-
per collum eius. In signum ꝙ in misericor
dia est velox. Et sicut igni proprium est ca-
lefacere. soli illuminare: ita deo miseri: ⁊ si
non esset misericors nõ esset deus. Grego.
Deus cui proprium est misereri semper et
parcere. ¶ Secunda ratio dicitur ⁊c.
Quando enim quis est magnanimior: tan
to est prõptior ad indulgentiam. Ambro. i
exameron. Procul est a magnanimis cupi
ditas vltionis. Quod patet exemplis. Pri
mo de aialibus. Inter aialia ⁊ ea q̃ sũt no
bilia: ad indulgẽdũ sunt magis ꝓna: ⁊ ecõ
uerso. Uñ leo a catulo ꝓuocatus: nõ se vici

cat propter suam magnanimitatē: ꝛ catuli
vilitatem. Sed si catulus morderet catuluȝ
statim mutuis morsibus se lacerant: qꝛ sūt
animalia vilia. Similiter videmus ꝙ homi
nes magnanimi sunt ad indulgentiam fa-
ciles. Exemplū Julij Cesaris qui nihil sole
bat obliuisci: preter iniurias. Et de regibus
israel: dicit. 3. Reg. 20. Reges domus israel
clementes sunt. Ideo Sene libro de quat-
tuor virtutibꝰ. Si magnanimus fueris. nū
ꝙ̄ dices tibi iniuriā fieri. In. 4. ethi. Est ser
uile posse ꝛ vellet vindicare ꝛ obliuisci ma
gnificum. Sed per oppositū. Quia mulier
est vilioris ai: ideo plus se vindicat. In. 8.
de animalibus. Mulier lites diligit. Eccle-
siastici. 25. Nō est ira super iram mulieris.
Se vindicant in omnibus. Facecia de pre
sbytero florentino qui cum cantaret letani
as: cum fuit ad illud. A fulgure ꝛ tempesta
te ꝛc̄. statim subintulit. A furore mulierum
libera nos dn̄e. Ad propositum. Deus igit
cum sit omnipotens: ꝛ nos viles vermiculi.
iniurias nostras paruipendit: ꝛ si eas reco
gnoscimus statim remittit. Et hoc totum ꝓ
pter suam magnanimitatem: ꝛ nostraȝ vti-
litatē: ꝛ in hoc sensu loquitur ecclesia. Deꝰ
qui omnipotentiā tuam parcendo maxime
ꝛ miserando manifestas. Et Sap. xi. Mise
reris oīum dn̄e. qm̄ omnia potes. Glo. q. d.
Quia tu habes potentiā vniuersaleȝ: ideo
habes misericordiā generalem dissimulās
peccata hoīum. O quot peccata. O quot
blassemie. O quot luxurie. O quot vsure.
O quot odia: ꝛ tamen effectus est cecus ꝛ
surdus propter nos: dissimulās peccata no
stra. Quid dicis o Bernarde sup Can. ser-
mone. 89: Quam benigna est ꝛ suauis tua
misericordia. Ego peccabam ꝛ tu dissimu-
labas: non continebā me a sceleribus: ꝛ tu
abstinebas a verberibus. ¶ Tertia rō dici
tur ꝛc̄. Medicus scire potest molestiā mor-
bi. Primo per suā theoricā: vt legendo au-
ctores Galienum: Hypocratē: Auicenam:
Mesue: Serapiō: Simonē Januenseȝ. Et
tunc aliqualiter est misericors infirmo. Se
cundo per practicam exercitatiuā longam:
tunc plus est misericors: quia audit clamo-
res eorum. Tertio per experientiam: quan-
do in ꝓpria ꝑsona infirmitates plurimas
est expertus. Unde bonum est eis infirmari
ne sint proni dando panem ꝛ aquā coctaȝ:
ꝛ tunc maxime est misericors. Ad ꝓpositū.
Quis est iste medicus: Uere ille de quo
Augus. Magnus de celo venit medicus.
Ante incarnationem nostras sciebat infir-
mitates: ꝛ spirituales: ꝛ corporales per suā
eternam sapientiam: quasi per quandam
theoricam: ideo tanꝙ̄ pater erat benignus
sed non multū. immo potius rigidus crude
lis: tenax. Quia post peccatuȝ statim dabat
penitentiam David in ps. Deus vltionum
dominus. Damnauit luciferum. Adam ꝛ
Euam expulit de paradiso. Nabucodono-
sor cum suo exercitu occidit. 85. millia. pau
perem die sabbati ligna colligentē iussit la
pidari. in populo David pestem imisit per
tres dies. Sed post incarnationem: iste me-
dicus sciuit per quandam practicam: ꝛ ex-
ercitationem longā: quia. 33. annis pertran
siuit benefaciēdo: ꝛ sanando infirmos. Un
de fuit magis plus ꝛ misericors. Ex hoc ꝑ-
dicabat: miracula faciebat. Sȝ tertio intel-
lerit melius nostras miserias. quando cru-
cem ascendit qui ibi expertus est. Un̄ apo-
stolus ad Hebre. 4°. Non enim habemus
pontificem qui nō possit compati infirmita
tibus nostris. Quare habitas in cruce. o
iesu cum corona in capite: cum clauibus ad
pedes. ꝛ manus: Certe vt misericordiā tuā
nobis ostēdas. E per rispeto: qꝛ matres na-
turaliter sunt plus dulciores erga filios ꝙ̄
patres. vt ꝓbat phs. 8. de animalibus. Iō
amorē suū magis voluit assimilari amori
materno: ꝙ̄ paterno. Isaie. 45. Sicut mu-
lier nō potest obliuisci infantem suū vt nō
misereat̄ filio vteri sui: sic ꝛ ego tui non obli
uiscar. Ecce in manibus meis descripsi te.
Ille. Ad formandū instrumentū o notarie.
tria sunt necessaria. Calamus. attramentū.
charta. Calamus fuerunt claui quibus i li-
gno fuit suspensus. Attramentū fuit verus
sanguis a quinꝙ partibus corporis. Char
ta fuerunt eius manus. Et qd scripsisti o ie
su: Ezech. 18. Inquacunꝙ die ingemuerit
peccator omniū iniquitatum eius nō recor
dabor. Prattica de omnibus peccatis. ho-
micidij. luxurie. odij. Nō recordabor. Gran
de peccatuȝ fuit David. Magdalene. Pe-
tri. Latronis. Tamen omnia remisit beni-
gne. Unde Dantes libro. 2. c. 3. purgatorij.
Non e petō

Non e peccato de si tanto graue che del i-
trar a te signor idio.
Cũq; se pene non trouo li chiaue.
Che se si mansueto e tanto pio.
Che tua bonta al peccator soccore.
Pur che se cognoscere se volia.

Rñdeo ad argumenta. Ad primũ rñdet
Tho.i.par.q.vbi supra. Quod de miseri-
cordia diuina: ẽ loqui dupliciter. Aut quo
ad effectum. Aut quo ad passionis affectũ
Si primo modo sic est misericordia in deo
Si secundo modo non est misericordia in
deo cum sit quedam tristitia. Exemplum sũ
me. Vides hominem nudum morientez fri
gore: doles in mẽte. Iste dolor dicitur affe-
ctus misericordie: qui est quedam tristitia
de alienis malis: que deo non conuenit.
Cum autem ipsum induis. opera per que
releuatur a miseria dicitur effectus mi-
sericordie. Iste effectus qui est repelle-
re miseriaz ab homine: dicitur effectus mi
sericordie qui est in deo. Vult enim repel-
lere a nobis miseriam peccati. Unde patet
responsio ad primum argumentum. Ad
secundum q2 plures damnantur. Respon-
det Tho. in.i. dis.46. ar.i. Scotus in.4. di.
46. Quod deus quantum est in se vult om
nes saluos fieri: vt apostol9 dicit.i. ad Thi.
2. Si tamen non saluantur: hoc non est ex
parte dei: sed hominis. Probo exemplis.
Primo de medico: qui vult infirmum sana
re: sed non sanatur: si male se guberna t.
Secundo de cibo qui habet prebere nutri
mentum: sed non in illo qui non comederit
Tertio de luce que cameram non intrat:
q2 tenetur clausa. In.2. de anima. Actus
actuorum sunt in patiente bene disposito.
Ad tertium respondet Tho.22.q.14.
ar.3. Peccatum in spũm sanctum dicitur ir
remissibile.i. difficulter: non ex parte dei.
Glo. Omnipotenti medico nullus lãgor in
curabilis occurrit. Sed ex parte peccantis
quia hoc peccatuz quod ẽ ex malitia. humi
litatẽ deprecandi subire non potest. Se-
cundo pbatur auctoritate. Et hoc quidem
quadruplici.
¶ Primo diuinali
¶ Secundo canonicali.
¶ Tertio ciuili.
¶ Quarto poetali.

¶ Primo diuinali. Deute.4. Dixit. Moy
ses ad populum. Reuerteris ad dominum
7 audies vocem eius: quia misericors est
dominus deus tuus. Exo.22. Si clamaue-
rit ad me exaudiam: quia misericors sum.
Ioelis.2. Conuertimini ad dominum de-
um vestrum: quia benignus 7 misericors ẽ
Ecclesiastici.2. Pius 7 misericors est. 7 re-
mittit peccata in die tribulationis. In. ps.
32. Mĩsericordia domini plena ẽ terra. In
ps.84. Ostende nobis domine misericor-
diam 7c. In. ps.130. Apud dominum mise-
ricordia. In nouo testamẽto. Mat.6. Esto
te misericordes sicut pater vester mĩsericors
est. Mat.12. Misericordiam volo 7 non sa
crificium. Et Lu.i. Et misericordia eius a
progenie in progenies timentibus eũ. Cã-
ta. Mar.8. Misereor super turbam. Sup
quo Albertus. Triplex est turba. Prima
celestialis.s. in sãctis in quibus est mĩsericor
dia. Tho. in.4. di.46. Sancti premiantur
in patria ex dei misericordia. Iuxta illud
ad Titum.3. Non ex operibus iustitie que
fecimus nos: sed scḋm misericordiam suam
saluos nos fecit. Secũda est turba mũdia
lis. In. ps. Misericordia domini plena est
terra. oriens. occidens. meridies. Omnia
sunt plena mĩsericordia. Unde Tho. in.4.
vbi supra. Tanta est misericordia diuina:
q2 minus dat de malis q̃ȝ peccator merea-
tur. O terra. N. quot peccata sũt in te: Ta
men supportat te. Unde. ps. Non scḋm pec-
cata nostra fecit nobis: neq; scḋz iniquitates
7c. Tertia est infernalis. In ipso inferno ẽ
misericordia diuina. Quia dãnat: vt dicit
Petrus de palude in.4. di.46. Bonauẽ. i
eadem dis. merentur anihilari.s. de esse re-
duci ad non esse. Cuz hoc non facit: ideo re
lucet in eis misericordia diuina. Treñ.3°.
Misericordie domini: q2 non sumus consũ
pti. Abacũch.3. Cum iratus fueris.s. ipsos
condemnando: mĩsericordie recordaberis.s.
aliquid de pena relaxando: q2 dãnatus pu
nitur citra condignũ. Preterea: ẽ in purga
torio. Eccl'iastic.51. Liberasti me a pressura
flamme que circũdedit me. Preterea: ẽ in
lymbo paruulorum. Tho.4. di.46. ar.2. Pro
peccato originali scḋm rigorẽ iustitie: nõ solũ
p pena debet carentia diuine visiõis: sed
ẽt ipsius anihilatio. Preterea: fuit in lym-

bo sanctorum patrum:q2 ex illa fuerũt li/
berati Scdo canonicali. de pe. di. i. c. Q2
diuinitatis natura clemẽs ẽ ꝛ pia:magisq3
ad indulgentiã ꝓna q̃3 ad vindictam. Et
de pe. di. i. c. Multiplex. Miſicordie domini
nec mẽsuras ponere possumus nec tpe diffi
nire. Ambro. 22. q. 4. c. Unusquisq3. Nouit
deus mutare sniã3:si tu noueris mutare de
lictu3. Et dis. 39. c. Diaconi. Moderatio dei
ac pietas solũ nostrũ reditũ querit: ac nos
cupit sua longanimitate saluari. Et. 26. q.
6. c. Si presbyter. Latro vnius momẽti pe/
nitentia:meruit eẽ in paradiso in hora vlti
me confessionis. Tertio ciuili. C. de nup/
tijs. l. Impialis. Nam ita credimus dei be/
niuolẽtiam ꝛ circa genus humanũ nimia3
clementiã quantũ nostre nature possibile
ẽ imitari. Qui quotidianis hoium peccatis
semꝑ ignoscere dignatur. ꝛ pniam nostram
suscipere: ꝛ ad meliorẽ eam statũ reducere.
Et. C. de veteri iure enucleãdo. l. Tanta.
Tanta ẽ circa nos diuine humanitatis ꝓ/
uidentia: vt semper eternis liberalitatibus
nos sustentare dignetur. Ille. Insti. de libti
nis. §. Libertinoꝝ. Nostra pietas oia auge
re ꝛ in meliorem statũ reuocare desiderat.
Quanto magis monarche illi summo deo
hoc erit ꝓprium. a quo ẽ qcquid boni in ce
lo: ꝛ in terra apparet. Quarto poetali.
Quintilianus in. 12. de institutiõe oratoria.
Nunq3. n. rp̃s vllum: recte voluntati serum.
Señ. nele tragedie. Nunq3 sera ẽ ad bonos
mores via. Dantes li. 2. c. 3. purgatorij.
Horribil furon li peccati mei
Ma la bonta infinita ha si gran braccia
Che prende cioche si riuolge allei.
Tertio probatur figura. In Luc. 16. Le
gitur de pastore: qui cẽtũ oues hũit. amissa
cẽtesima. dimisit. 99. ad q̃rẽdũ centesimã.
Cui tria amoris signa ostendit. Primum
q2 non misit aliquẽ: sed ipse in propria pso
na iuit. Secundum q2 fecit longũ iter. Ter
tium q2 labores plures sustinuit. Moralr.
Pastor iste est de quo. Jo. x. Ego sum pa/
stor bonus. Scdm Albertu3. Quinq3 solet
portate pastor. Primo capellum cõtra solẽ:
ventum: ꝛ aquam. Xp̃s habuit capellũ co/
ronam ꝯtra pluuiam ꝛ calorem tribulatio
nũ: cuius consideratio refrigerat nos. Gre/
go. Si passio xp̃i ꝛc. Secundo sclauina3: ꝛ
xp̃s habuit carnem que fuit sua sclauina.
Que fuit de triplici calore. Primo alba per
puritatem. Apoc. 19. Uidi ꝛ ecce equus al
bus. Secundo rubea per sanguine3. Unde
angeli admirãtes dixerũt ei illud Isa. 44.
Quare rubrum ẽ indumentũ tuũ: O iesu
da quanto in qua: affectus es gentil homo:
Tertio nigra per mortẽ. Isa. 45. Cuius li/
uore ꝛc. Tertio habet baculũ contra lupos
ꝛ xp̃s ꝯtra demones crucem. Isa. 30. A vo/
ce domini pauebit assur: virga. s. crucis: per
cussus. Quarto habet scarsellam: vbi tenet
sua preciosa. Et xp̃s animam habuit: in q̃
fuit thesaurus gr̃e ꝛ glorie nostre. Jo. i. Ui
dimus gloriã eius ꝛc. Quinto h3 canẽ con
tra latrones ꝛ lupos. Et xp̃s predicatores
q clamant ꝯtra vitia ꝛ pcã. Ad propositũ.
Iste pastor habuit centum oues. s. 99. i. an/
gelos ꝛ aiam que ẽ centesima. Dimisit an/
gelos: ꝛ voluit q̃rere ouẽ perditã. Cui tria
signa amoris ostendit. Primu3 q2 venit in
ꝓpria persona: non misit angelum. Secun
dum venit de celo in terra faciens longum
iter. Tertio portauit labores plimos. q2 cru
cem ascẽdit. Ad phil. 2. Factus ẽ obediens
ꝛc. Isa. 45. Peccata nostra ipse portauit
i corpe suo. Et oia signa iamorati oñdit: q̃
sunt. 7. Primũ de flore in Bireto. xp̃s coro/
nã. Secũdum de indumentis: xp̃s habuit
vestem albã. Tertium associatus cum ami
cis: xp̃s latrones. Quartum in mascara tẽ/
pore carnispriuij: xp̃s non fuit cognitus a
maria. Quintũ est deferre poma in mani/
b9: xp̃s clauos. 6. sudariũ in spatulis: xp̃s
crucẽ. 7. facit maytinatas fieri. Quando
te rendero la ꝓmessa ꝛc. xp̃s in cruce Jo.
19. Canta. Sitio. O xp̃iane: sitio salutẽ tuã:
vt dimittas concubinam. vsuras. odia. fur/
ta. O benignita grande. O mãsuetudo. Di
cit enim Alber. super Lucã. Quod triplex est
mansuetudo. Prima est natura. Unde di/
cit ph̃s: q3 homo animal mansuetum voca
tur. Secunda ẽ a gr̃a que est queda3 virt9
infusa. Tertia quedam est a longa experiẽ
tia. Xp̃s aũt dicitur mãsuetus a natura di
uina ꝛ humana. Primo a diuina: q2 deus
naturaliter est mansuetus. ps. Tu autem
domine suauis es ꝛc. Secũdo a natura hu
mana q2 de mansueto patre. s. dd natus ẽ:
Unde de eo. ps. Memento domine dauid
ꝛc. Secundo

ꝛc. Secūdo fuit mansuetus a gratia: quia spūs sanctus totum eum fecit mansuetuꝫ. Tertio mansuetus a longa experientia: qꝛ expertus est nostras miserias per lōga tēpora. Unde patet scđm.

t Ertiuꝫ dicitur ꝛc. Confirmaṫ eius misericordia triplici signo. in quibꝰ relucet eius diuinitas.

C Primuꝫ. di supportatio.
C Secunduꝫ. di vocatio.
C Tertiuꝫ. di oblatio.

C Primum di ꝛc. Supportat deus peccatores q post peccata debent puñiri. An forte putamus: qꝛ sibi peccata nō displicent: Aut qꝛ iniustus: aut qꝛ ignorat illa: Absit vt dicamus de deo hoc. Cur aūt dissimulat nisi qꝛ languet amore: 2. Petri. 3. Deus patiēter agit nolēs aliquos perire: sed oēs ad pniam reuerti. O clemētia diuina. C Secundū di ꝛc. Uocat nos ad ipm: vt nostri misereaṫ. Quid sunt sacre scripture: Quid scōꝝ exempla: Quid p̄cepta legis: Oia eq dē ista sūt clamores ad aures pcōrum fortiter sonantes: ꝛ vltimate auditur vox xp̄i in cruce: sitio. Bernar. Ascendit in altum crucis: vt ab oibus videretur: voce magna clamauit vt ab oibus audiretur: clamori lachrymas addidit: vt homo ei cōpateretur. Ille. C Tertium signuꝫ ꝛc. Pro salute peccatorum obtulit deus filium suum: qui incarnatus mortuus est pro nobis. Apoc. i. Dilexit nos ꝛ lauit nos a peccatis nostris in sanguie suo. Offert de capite suo spinis coronato. de facie pia alapis dure percussa. de manibus ꝛ pedibus clauis in cruce confixis: de toto corpore ad columnam crudeliter flagellato. ꝛ de latere suo lancea apto ꝛ vulnerato. Dicit enim in cruce. O anima mia. te saluar volio. Qui dō. acab. latronem. publicanum. petrum. centurionem. longinum saluaui. O amplissima misericordia dei. O largissima charitas summi creatoris: que tanta est: vt si daretur homo viator secum ferens peccata omnia que diaboli commiserunt. ꝛ omnes homies qui in iudicio damnabuntur. immo quot sunt in celo stelle ꝛ in mari aque gutte. in nemore frondes. ꝛ in pratis lilia: ꝛ de illis penitentiam faceret: ac humili mente deum exoraret pro venia: semper audiretur benigne. O peccator negligens. O peccator obdūratissime disrumpe vincula colligationis. Agnosce blandientem tibi dominum: q totiens quotiens reuerteris: paratus est tibi indulgentiam dilargiri.

C Feria secunda hebdomade sancte. De inuidia.



Ciebat enim Pilatus ꝙ propter inuidiaꝫ tradidissent eū. Math. 25. C Tanta la diligētia. studio. e vigilātia: q̄l debe hauer el bon predicatore ꝛ pater spiritualis erga filios suos spirituales: ista potissima est vt peccatorem conuertat ꝛ extra vitia educat: vt saluetur in eterna vita. Isa. 48. Annūcia poplo meo scelera eoꝝ. Idē. 60. c. Super montem excelsum ascende tu qui euangelizas syon. Exalta in fortitudine vocem tuam qui euangelizas hierusalem. Exalta noli timere. Et. i. Thi. 4. Argue. increpa. obsecra. in omni patientia ꝛ doctrina. Inter omnia peccata mortalia: maxime est pcm̄ inuidie: quod habet animam dominio diaboli submittere. Unde Tho. in quolibꝫ. 7. q. 7. Peccatum inuidie est vitium diabolicum. ꝛ hominum damnatorum. Primo diabolicuꝫ. Quia demon est inuidus. Sapientie. i. Inuidia diaboli mors intrauit in mundum. Tertio hominum damnatorum. Quia damnatus vellet omnes damnari. Hec est illa fera pessima que totum mundum destruit. que principatum in omnibus ponit. que inter religiosos ac dominos temporales lites discordiasqꝫ disseminat. Unde Dantes in. 14. purgatorij. introducit quendam seipsuꝫ accusantem de hac inuidia.

Fo el sangue mio de inuidia si riarso.
Che se veduto hauesse hom o. farsi lieto.
Uisto me haueresti di liuore sparso.

Ex hac iudei ꝛ scribe moti: christum morti tradiderunt. Sciebat enim ꝛc. De qua ꝛ nos tria in presentiarum videbimus ad ꝑpositum nostrum.

Inuidia est dolor aliene felicitatis. Exépli gratia. De artifice: qui alteri inuidet. ꝛ huiusmodi. Pro maiori declaratione nota ƀz Tho. 22. q. 36. a. 2. Alex. in. 2. w. sum. ꝙ dolor aut tristitia de alienis bonis: potest contingere tribus modis. Primo ex timore proprio. Inquantū quis dolet de bono alterius: qꝛ ex eo timetur nocumentum sibi vel alijs iniuste. Talis tristitia que est effectus timoris: non est pectm̄. Unde Greg. 22. moral. Euenire plerunqꝫ solet. vt non amissa charitate ꝛ inimici nos ruina letificet: ꝛ rursus eius glorie sine inuidia culpa cōtristet. cum ꝛ ruente eo quosdaꝫ bn̄ erigi credim⁹: ꝛ illo proficiēte plerosqꝫ iniuste opprimi formidamus. Ille. Unde. Exo. 16. Maria soror Moysi videns pharaonem submersum in mari: cum filiabus israel cecinerunt dn̄o. d. Cantemus dn̄o gloriose enim ꝛc̄. quia populum captiuuꝫ tenebat. Et. i. Mach. 2. Mathias videns regem Anthiocū velle trāsferre ritum iudeoꝝ ad ritum gentilium: doluit de eius prosperitate pp malūꝫ sibi ꝛ populo imminens. Preterea. i. Re. 18. gloriabatur Dauid de morte philistinoꝝ: qui mala faciebant populo israel. Et Judith. 9. populus israel letatus est in mortem Holofernis. Und verificatur illud quod dicitur in ps. Letabitur iustus: cuꝫ viderit vindictā. Et quoad hoc: letanduꝫ est in morte Turchi. ꝛ dolendum est de eius prosperitate: qꝛ est contra ecclesiam. Et de peccatoribus dolendum est Unde Dd. Conuertantur peccatores ꝛc̄. Alibi. Deleantur d li⁹ viuentiū ꝛc̄. Preterea: de illo qui tecum litigat: te infamat a torto. Quando ergo vides peccatorem aliquem diuitem qui in bonis prosperatur: dolere potes sine peccato: quia imminere potest malū ꝛ tibi ꝛ populo. Ut vsurarius. concubinarius. incātator. Secūdo potest quis tristari de bonis proximi. nō inquantū proximus habet hoc vel illud bonum: sed quia desunt sibi. Et hic proprie dicitur zelus ƀm philosophuꝫ. 2. eth. aut emulatio. Et si emulatio ista est circa bona hōesta: talis ē laudabilis. Unde apostolus prime Cor. 14. Emulamini spiritualia. Et. 2. Cor ij. Emulor enim vos dei emulatione. Glosa. i. Inuideo quibusdam ex vobis: sed inuidia que est secundum deum. Considerabat enim apostolus in aliquibus esse aliquas perfectiones ꝛ conditiōes: que forte non ita erant in apostolo: licet simpliciter esset illis perfectior: vt dicit Nicolaus. ꝛ illis emulabatur: cupiens proficere. Isto modo hec inuidia est bona: immo necessaria. De qua Hiero. ad Athletam de institutiōe filie. Habeat socias cum qbus adiscat: quibus inuideat: quarū laudibus mordeatur. Prattica in vbo Socias. Quia sicut bona societas est cā bonorum multorum. ita mala omnium malorum. Un̄. 28. q. i. Sepe malorum consortia ēt bonos corrumpunt. Habeat socias: cū quibus non dicat vba ociosa. Quia vt dicit apl's. i. Corin. 16. Corrumpunt bonos mores colloqa mala. Habeat socias: cum qbus stet in domo sua. non eat ad choreas. Hiero. Non credam viro dicēti mihi se illesuꝫ euasisse ab huiusmodi spectaculis. Tertio mō: tristatur de bonis alienis. Inqꝫtum ipse excedit ipsum in bōis dolet. cruciatur. Hec proprie dicitur inidia. Quia dolet inuidus de quibus gaudere debet. s. de bono proximi. Amicus gaudet bonis amici sui. In. 9. eth. Amic⁹ se debet habere ad amicū suum: sicut ad seipsum. Qꝛ vt hn̄t Theologi. int̄ oia bōa exteriora: maximum bonū est amicitia. Qꝛ vt dicit phs. 8. eth. Nullus eligeret viuere: sine amicis. etiam hn̄s reliqua bona. Idem. Hō solitarius aut deus est aut bestia. Inuidus autē est inimicus huius amicitie. Qꝛ neminem vult esse btūm diuitijs: nisi ipse. Non vult societatē. Contra dr̄ Math. 22. Diliges pximū tuum: sic teipsum. O inuide nota qd dicit. Sic teipm. Questo vole la charita de dio. Iō apostolus Ro. 13. Non in contentione ꝛ emulatione. s. inuidie cōuersamini. Et. i. Cor. 13. Charitas non emulatur. i. non inuidet: sed gaudet de bonis primi. Ad Gal. 6. Nō efficiamur inanis glorie cupidi: inuicē inuidentes. Tal' inuidia est pctm̄ mortale. qꝛ est proximo inimica: cum sit cōtra charitatem. Tales cōmuniter sunt periculosi in sua conuersatione: ꝛ proditores. Unde Prouer. 23. Ne comedas cum homine inuido: ꝛ ne desideres cibos illius. Comede ꝛ bibe dicet tibi: ꝛ mens eius non est tecum. O quot sunt mortui morte violenta. O qt toxicati. Sed dubium queritur. Utrum

homo

homo possit esse sine inuidia? Respondeo ꝙ non. Sed si vis esse sine illa fa che sia vn poltrõe. vno homo da poco. Quia sola miseria caret inuidia. Congratulor: quando persequor: quia est signum virtutis. Unde patet ⁊c̃.

s Ecundum dicitur ⁊c̃. Tres sunt malignitates huius male bestie inuidie.

¶ Prima. est deo contrariatiua.
¶ Secunda. est diabolo assimilatiua.
¶ Tertia. est nemini parcitiua.

¶ Prima est ⁊c̃. Uult Dio. 4°. de diuinis. no. ꝙ bonum est suĩpsius diffusiuum: vt patet de sole ⁊c̃. Ad propositum. Deus est sũma bonitas. Plato in Timeo. Deus est sũmuȝ bonum: supra omnem substãtiam. omnemq̃ naturã. Et phs. xij. Meta. Deuȝ dicimus sempiternũ ⁊ optimum. Hanc bonitatem ostendit assidue in creatione totius vniuersi. Non est iuidus. Plato in Timeo. Ab optimo deo. omnis inuidia relegata ẽ: idest exclusa. Et phs. p°. Meta. Deus eniȝ non inuidet. In. 2°. Meta. Diuinum ens nõ inuidet. Ad ꝓpositum. Inuidus auteȝ non est sic: q2 non est cõmunicatiuus. sed sibĩpsi vult omnia: ⁊ ꝙ alij non participent secum. Unde est contra deum in hoc. Uult deus illum eẽ diuitem. honoratũ. famosuȝ. sapiẽtẽ. Inuidus ĩ oĩbus tristat̃. Ideo Socrates phs. Utinã inuidi in oĩbus ciuitatibus duos oculos. ⁊ duas aures haberent: vt de oĩum felicitate torquerent̃. Tot sunt inuidoꝝ tormẽta: quot felicitatũ gaudia. Ad hoc propositum: refert Aulus Gellius phs. ꝙ Demosthenes phs oculos sibi eruit. Et assignant̃ tres cause. Prima: q2 visus ipsuȝ impediebat a studio litterarũ. Scđa q2 mulieres sine ꝯcupiscentia videre nõ poterat. Uñ legit̃ de isto. Cum Paris duxisset Helenã in vxorẽ: cũ esset inuitatus iste. velamen ponebat super oculos suos. ne ipãȝ videret. ⁊ in dedecus laberetur. Alla barba nr̃a. Tertia causa. que est principal: q2 cuȝ esset inclinatus ad inuidiã hoĩes felices sine dolore videre non poterat. Ita inuidus dũ videt ⁊c̃. Figurat̃ inuidus per Heli: q videre nõ poterat lumen lucerne. p̃. R. 3°.

¶ Secunda malignitas ⁊c̃. Hõ diabolo assimilatur. Sap. 2. Inuidia diaboli mors intrauit in mundũ. Duo sunt peccata demonis superbia. ⁊ inuidia. Imitant̃ eum inuidiosi: q2 demon videns hoiem creatum ad possidendũ beatitudinẽ de qua eiectus ẽ. inuidens huic bono. ex inuidia motus ẽ vt illũ tentaret: vt sic priuetur dono tali. Hoc aũt facit quotidie inter hoies: dum tentat assidue. inuidiã suggerendo. ⁊ conat̃ dissipare charitatẽ fraternam. Ideo Io. papa 16. q. 2. c. Uisis. Dolet eniȝ satis ⁊ erubescit charitatem quã in celo nesciuit cõseruare: hoies constantes ex lutea materia tenere ĩ terra. Unde dĩt doctores. ꝙ tanta est demonis inuidia. ꝙ q̃uis ex tẽtationibus qbus nos infestat augeat̃ ei pena inferni accidẽtalis. tamen potius illã eligit nos tentãdo: q̃ illa carere nõ tentando. Ita inuidus ẽ. q potius vult aliquo bono carere cũ alijs: q̃ ipsum habere cõiter cum alijs. Unde in vitis patrum legit̃. Demon interrogatus: si posset ad gloriam redire: qd facere vellet? Respõdit. Potius vellẽ cũ vna aia. ad infernum descendere: q̃ in celũ redire. Tam inuidus sum: ꝙ non possum operari bonum. In Cronica archiepĩ legitur. ꝙ in curia cuiusdam dñi: erant duo. Unus inuidus: ali⁹ auarus. Dic qũo inuidus petijt sibi oculuȝ vnũ erui: vt socio duo eruerent̃. O quanti sunt de istis. qui potius volunt vno incommodo affici: vt socius duobus. Unde dicũt doctores. ꝙ inuidia est grauius peccatũ q̃ auaritia. Rõ: q2 auarus ⁊ si non vult dare bona sua: tñ si alius dat de bonis non curat. Inuidus aũt non vult: ⁊ dolet ꝙ alius habeat. Unde Hiero. ad Asellam. O inuidia primũ mordax sui. Idẽ ad Demetriadem virginẽ. Oro: qd inuido delectationis prestat inuidia? Et Ascula. lib. 2°.

La inuidia chel mondo non abandona.
Et fura la virtu da glintelletto.
Et arde ciechamente la persona.
Manduca lalma: ⁊ struge il core.
Dogni peccato sa qualche diletto.
Dinuidia non altro che dolore.

¶ Tertia malignitas ⁊c̃. Hec ẽ illa bestia: que nemini parcit: oẽs offendit. Uñ Uale. lib. 4. Nulla est enim tã modesta felicitas: que malignitatis dentes vitare possit. Et Señ. ad Paulinũ. Inimica est semper alienis profectibus inuidia. Hiero. in Epytha

phlo.s. Paule. Semper virtutes persequit
inuidia. Etenim oēs sancti:emulos habue
re. In padiso quoqꝫ serpens fuit. cuius in-
uidia mors introiuit in orbē terraruꝫ. Ipe
quoqꝫ dñs Jesus xp̄s:zelo iudeoꝝ crucifi-
xus est. Ille. Unde repło ꝙ offendit qnqꝫ
genera psonaꝝ. Primo offendit propin-
quos. Geñ. 4. Chaym ex inuidia: Abel suū
fratrem occidit. Preterea Geñ. 37. Joseph
fuit venditus hismaelitis. 30. argenteis:qꝛ
plus a patre cunctis amabat. Secundo
offendit sanctos viros. Dañ. 3. Babiloniꝫ
videntes ꝙ tres iuuenes hebrei Ananias.
Azarias. Misael. erant in curia regis Na-
bucodonosor:inuidētes eis. instigarunt re-
gem ad statuā faciendā: vt eam non adorā
tes: mitterent in fornacem ignis. Quod et
factū est. Sed deo protegēte eos:illesi eua-
sere. Preterea Greg. in lib. 2. dia. Cuꝫ Bñ
dicti fama volaret in populo. quidā presby
ter Florentius noie. manens prope habita
culū sancti viri. in ortum ꝑpe conuentum
conduxit. 7. nudas iuuēculas. vt fama san
cti viri denigraret. Sanctus dei:a loco illo
discessit. ⁊ locus ille corruit. ⁊ ipsuꝫ presby
terū occidit. Preterea i. 4. dia. c. 3. recitat
de duobus germanis seruientibus in here
mo Eutitio ⁊ Florentio. Eutius vir littera
tus assumptus ē in abbatē cuiusdam ab-
batie. Florentius solus remansit. qui roga
uit deū daret sibi aliquā societatē. Qui ei
vrsum misit. Quē videns seruus dei. alacri
ter suscepit. Cui curam cōmisit de ouibus
suis vt in mane duceret ad pascua: in sero
rediret. quod ⁊ faciebat. Inuidentes antē
discipuli Eutitiꝫ: vrsum occiderūt. Qui oēs
intra paucos dies morbo elephantino occi
si sunt. Tertio offendit phos. Aristo. cō-
bussit libros Platonis sui magistri: vt ipse
solus titulum scientie haberet. Heretici im
pugnauerunt Origenē. contra multas veri
tates: vt ponit Haymo. Cū dicat Isidorus
c. lib. ethymo. ꝙ sex millia volūmina legit i
scolis Origenis a se editos. Quarto offē
dit doctores. Quidam impugnāt Thomā
dicentes in multis errasse. ⁊ grossum docto
reꝫ dicunt. Cōtra tales Innocētius papa.
Huius doctoris sapia. pre ceteris excepta
canonica: ꝓprietatem hꝫ verboꝝ. modū di
cendoꝝ. veritatem sniaꝝ: ita ꝙ nunqꝫ q eū
tenuit inueniatur a tramite veritatis deui
asse. ⁊ qui eum impugnauit semper fuit de
ꝟitate suspectus. Ille. Preterea Grego.
papa emulos habuit q volebant eius opa
comburere. Sed Petrus restitit. vidisse se
sepius inquiens colūbam auri eius loquē-
tem suggerentēqꝫ scribenda. Quinto of-
fendit homines ꝓbos. Antipa pater hero-
dis inuidiatus fuit: qꝛ magna gessit in bel-
lis pro romano imperio. accusatus est apd
imperatoreꝫ ab emulis suis. centum vigin-
ti quattuor vicibus se defendit. Tandē co
ram senatu vna vice extraxit indumenta
propria: eis ostendens vulnera. d. Ego am-
plius nolo me excusare. Ecce que feci ꝑ vo-
bis ⁊ bono reip. Preterea vt dicit Titus
Liuius. de Catone censorino: qui quadra-
gies quattuor vicibus accusatus fuit apd
senatum ex inuidia: tamen per sese defende
bat. Uide Ualerium. Rubrica de ingratitu
dine. Scipio maior affricanus ex inuidia
suorum emulorum coactus est sibi eligere
exiliuꝫ in apulia. Preterea Scipio Emili
anus. miserrime in carcere cōsumptus est.
O inidia. Preterea Scipio minor. q Car
thaginem deleuit: ex inuidia in nocte inuē
tus est mortuus: quia occisus fuit ab emu-
lis suis inidis. Preterea. M. Coriolanus
romanus ex inuidia bānitus est apud vol-
scos. Preterea Furius Camillus ꝓpter i
gratitudinem liberate patrie. exul factus
est. Et Socrates philosophus sapientissi-
mus: iudicatus est carceri ex inuidia. ⁊ ibi
mortuus apud Athenienses. Unde secun
dum doctores tria sunt qui romam destru-
xere. Primum superbia. Secundum discor
dia. Tertium inuidia per quam vnus per-
sequebatur alium. Ex hac procedunt infa-
mie. homicidia. O quot sunt occisi. plures
mortui sunt ex hac. qꝫ ex gladio. Unde pa-
tere potest ex dictis. qualiter ꝟtuosis ⁊ san
ctis quietem ⁊ pacem non sinit habere. O
virtutū emula. O pestis crudelissima. Hec
est que ingreditur per monasteria. per con-
uentus. intrat per plateas. ꝑ predicatores.
per artifices. per oēs. Et sic pꝫ secundū.

t Ertiū dr̄ inductionis. Inducimur
triplici ratione sine remedio nō ha
bere inuidiam.

¶ Primū. dicitur fraternitas naturalis.

¶ Secundū

¶ Secundū. dicit̃ ꝯsideratio creaturalis.
¶ Tertium. dicit̃ dānatio perpetualis.

¶ Primuʒ dicitur &c. Quia omnes sumus ab vno patre & matre generati. Matth.6. Pater noster qui es &c. Et.23. Vnus est.n. pater vester qui in celis est. omnes autem vos fratres. Unde non debet esse adinuicē inuidia. Unde.ff. de legationibus.l. Questam. Cum inter homines cognationeʒ q̄dam natura contraxerit: consequēs est hominē homini nocere nephas esse. ¶ Secundum dicitur &c. Omnis creatura communicat seipsaʒ: nec est inuidiosa. Nihil est in natura inuidiosum: excepto poltrone inuidioso. Sol radios suos emittit. Luna lumen suum. stelle. Preterea si membruʒ vnuʒ est infirmum aliud ei seruit.i. Cor.xij. Si quid patitur vnum membrum: compatiuntur ei omnia membra. Caput est christus. mēbra sumus nos. ¶ Tertium dicit̃ &c.i. Reg.18. Cum dauid interfecisset Goliad & philisteos debellasset: puelle cecinerunt. Saul percussit mille: Dauid decem &c. Saul inuidia motus persecutus est Dauid vsq; ad mortem. Unde demon Saulem arripuit: vnde damnatus est. Augu. super Joannem. Sola dilectio discernit inter filios dei & filios diaboli. Dimitte ergo illam: quod gentiles & pagani egere. vt de Heschine philosopho qui ꝯsiderans amoreʒ fraternalem: voluit cōmendare orationem Demosthenis sicut suā. Quod si egerimus &c.

¶ Feria.3. in ramis palmarum. De misse significationibus.



Sacrificate sacrificium iusticie. & sperate in domino. ps.4. ¶ Cōclusio est philosophi.2°. Meta. Quod homies huius mundi. volentes scire veritatem alicuius rei & intelligere. tribus modis cupiunt scire. Primo ratione. Non credunt quidā: nisi ratione eis probetur. Exemplum de Aristo. Cum esset ad mortem. venerunt ad eum discipuli eius. & tulerunt libros sacre scripture. Magister in tuis libris probasti mundum esse eternum. In.xi. Meta. Motus celi est eternus. In.8. ph. Mundus est eternus. In p̄mo celi. Celum est ingenituʒ. Et tamen in isto libro hebreorum. oppositū reperitur. In principio.i. in tempore: creauit &c. Quibus respondit philosophus. Cuius auctoris est iste liber? Dicunt. Moysi. Et ille. Quāuis proponat mundū esse creatum iste auctor. tamen non debeo credere: quia scriptura sacra rationibus nō subijcitur. vnde non proponit rationē. Quidam alij nō credunt. nisi eis dicatur aliquod exemplū. Sicut christus turbis loquens proponebat eis parabolas: & exempla: vt plenius caperent verba sua. Quidam nō credunt: nisi adducatur eius testimoniū alicuius auctoris. vel auctoritas. Ad propositū. Ecclesia istis diebus facit aliqua insolita. & mentibus nostris miranda. quod in alijs diebus non facit. Unde non possunt bene intelligi: nisi declarentur. quia in mysterijs sunt acta. Unde Dauit. Annunciate hoc.i. declarate in vniuersa terra. Que scilicet fiunt ijs diebus. Unde volens hodie predicare de missa. & mysterijs que fiunt. Assumpsi verbū Dauid. Sacrificate &c. Et lʒ non oēs parati esse possint sumere sacrm̃. nō tn̄ priuantur eius suauissimo fructu. cum deuote assistunt. De qua missa tria videbim⁹.

¶ Primū. dicitur declarationis.
¶ Secundū. dicit̃ conditionis.
¶ Tertiū. dicit̃ regulationis.

Primū dr̃ &c. Scd̄m magr̃m in.4. di.13. Et Ric. in eadem. Missa habuit initium a xp̄o iesu in die iouis sancto: qn̄ in cena panē & vinū. transmutauit in corpus & sanguinē: vt dicit̃ Mat.16. Et.i. Cor.xi. Hoc est corpus meuʒ. Et hic calix &c. Unde pane consecrato & vino: fuit principium. medium. & finis misse. Postmodum christo in celo assumpto. beatus Petrus suam primam missam celebrauit Antiochie. Et huic misse christi. adiunxit orationem dñicaleʒ.s. Pater noster. cuʒ forma consecrationis. Ad modicū p̄o tp̄is.b. Jacobus ep̄s hierosolimitanus plura adiunxit: post.b. Petrum. Et post hunc.b. Basili⁹ qui primus ep̄s fuit post.b. Jacobuʒ: vt patet de conse. dist.i.c. Jacobus. In processu p̄o tp̄is. sūmi pontifices plura addiderunt: intantū q̄ nihil deest misse. Quid auteʒ si-

gnificēt illa q̄ ibi fiunt: per ordinem videamus. Sacerdos xp̄m significat. De quo. ps. Tu es sacerdos in eternuꝫ ⁊c. Qui ponit sibi. 6. indumenta. Primo amictuꝫ in capite. ⁊ signat coronam spineaꝫ: qua fuit in die parasceues coronatus. Secundo albaꝫ camisiaꝫ: ⁊ signat illā qua ab herode fuit indutus. Tertio cinguluꝫ: ⁊ signat funem qua fuit ligatus ad colūnaꝫ. Quarto manipuluꝫ in leua. ⁊ signat patientiam: quā habuit in presenti vita. Quinto stolaꝫ. ⁊ signat obiam: quā habuit ꝓpter nos Ad phil. 2. Factus est obediens vsqꝫ ⁊c.

Sexto casulaꝫ. que alijs vestimentis superponitur. signat charitatem. que omnes alias virtutes excellit. De qua Petrus in Canonica. Charitas operit multitudinem peccatoruꝫ. Ad altare accedit: ipsuꝫ osculādo: q2 xp̄s ad nos veniens. osculum pacis nobis obtulit. Can. i. Osculetur me osculo oris sui. Stat in parte dextra: q2 xp̄s p°. venit ad iudeos: iuxta illud. Notus in iudea deus. Incipit introitum: ⁊ signat aduentū xp̄i in carne. quem sancti affectabant. Isa. 16. Emitte agnuꝫ domine ⁊c. Et q2 in eius aduentu: aperta est vena misericordie. Iō post introitum. Subditur Kyriel'. Quod fecit Grego. papa. Sed nota ꝙ est triplex lingua in missa. Primo hebraica. s. o sāna. Sabaoth. Amen. Secundo greca. kyriel'. xpel': ꝙ est deus. Tertio latina. quod est residuum. Unde kyriel'. interpretatur. Domine miserere. kyris grece: latine dicitur domine. Leyson grece: latinne dr̄ miserere. Quod nouies dr̄ computando xpel'. vt per misericordiam xp̄i associemur nouem ordinibus angelorum. Et dicitur tripliciter ad patrem. ad filiuꝫ. ad sp̄m sanctuꝫ. Et postmoduꝫ dr̄ Gloria in excelsis. Quod instituit Telesphorus papa ad representandum hymnuꝫ quē angeli pastoribus dn̄o nato cecinerunt. Uertit ašt se. d. Dn̄s vobiscuꝫ salutando ppl'm: ⁊ signat salutationeꝫ quā ppl'o fecit quando incarnatus est. ⁊ ad nos venit. Epl'a legit̃ ante euang. ita predicatio Ioānes bap. fuit ante xp̄m. Graduale dr̄: q2 Ioannes bap. penitentiam predicabat. Math. 4. Penitentiaꝫ agite ⁊c. Et q2 post penitentiaꝫ sequitur gaudiuꝫ. Mat. 6. Beati qui lugēt ⁊c. Io. 14. Tristitia vestra ⁊c. Ideo post graduale. All'a cantatur qd̄ signat gaudiuꝫ angeloruꝫ ⁊ hominum: in vita beata deū laudantiuꝫ. Et q2 fides initiuꝫ habuit a predicatione xp̄i ⁊ apostolorū: ideo statiꝫ post epistolā dr̄ euangeliuꝫ: quod signat xp̄i predicationē. Quod incepit a concilio Niceno. Et debet legi in loco magis eminenti: ꝙ̄ epl'a iuxta illud. Super montē excelsum ascende tu: qui euāgelizas syon. Et cum omni reuerētia. Sequitur Credo statiꝫ: in quo continent̃. 12. articuli fidei. quā apostoli predicauerunt. Offertorium sequitur cum calice in manibus. Suscipe sancta Trinitas. signat q2 apostoli in die iouis scō. parauerunt panē ⁊ vinū ob reuerentiaꝫ pasce. Post offertoriū facit silētiū ⁊ dicit orationes tacite. ad representandum illud tempus. quo xp̄s non ambulabat palam inter iudeos. cū interficere eum cogitabant. Appropinquante autē termio passionis. iterum palam ambulauit. Et ad hoc significandum exclamat. d. Per omnia scl'a. Quod instituit Gelasius papa. Sequitur Sāctus: representat laudem quā sibi pueri cecinerunt in dn̄ica palmarum. Quod instituit Sergius papa. Incipit canonē. Te igit̃ ⁊c. ⁊ facit tres cruces. ⁊ signat tres traditiones. Primo deus pater. qui ipsum ꝓ nobis tradidit misericorditer. Secundo iudas fraudulenter. Tertio iudei crudeliter. Eleuatio hostie signat eleuationē corporis xp̄i in cruce: super montē caluarie. Ponit̃ super corporale. Q2 tunc Nicodemus ⁊ Ioseph. posuerunt ipsam in sindone munda. Corporale signat sindonem xp̄i. Facit silētium: signat dormitionem quā xp̄s fecit in sepulchro. ꝑ. 39. horas. Cum dicit. Nobis quoqꝫ peccatoribꝰ: voceꝫ exaltat: signat cōtritionem ⁊ confessionem latronis alterum increpātis ⁊ misericordiā petentis. d. Memento mei dn̄e veneris ⁊c. Deinde clamat. d. Pater noster qui ⁊c. est reductio ad memoriam illius clamoris quē xp̄s emisit hora mortis. d. Pater in manus tuas ⁊c. Dicitur aūt tripliciter Agnus dei: q2 petimus tria peccata dimitti amore illius passiōis. Primo cogitationis. Secundo locutionis. 3° opatiōis. Per quoꝝ remissionē deuenimus ad eternam pacē. ideo dr̄ in. 3°. Dona nobis pacē. Diuidit̃ hostia i tribꝰ ptibꝰ. Una

offertur

offertur ꝓ gloria sanctorum qui sunt in patria. Alia pro illis qui sunt in purgatorio. Tertia pro nobis qui sumus in mũdo. Sequitur postcõio. significat gaudiũ apostolorum quod habuerunt de xp̄i resurrectiõe. Festinanter debet in choro cantari. Sequitur. Dñs vobiscuȝ. Quater vertit se ad populum in signuȝ ꝙ in die resurrectiõis. quadrupliciter se ostendit. Primo magdalene. Secundo duabus mariꝭs. Tertio discipulis euntibus in emaus. Quarto omnib⁹ apostolis. Sequit̃. Ite missa est. Quare nõ dr̃ in oi missa? Respondet Bona. in. 4. di. 13. Quod quedã misse celebrant̃ in honorẽ sanctorum. Et quia sunt beati. Ite dicitur populo. Ite missa est. i. festinate ingredi illam regem: sicut illi. Quedã sunt alie ad salutem viuoꝝ. Et q2 non sumus certi de salute nr̃a: iuxta illud Eccl's. 9. Nemo scit vtruȝ amore: an odio dignus sit. ideo debem⁹ assidue esse soliciti vt non per nostram ignauiam in nobis misse efficacia deperat. Uñ dicitur Benedicamus dño. Quedaȝ dicuntur ad requiem defunctorũ. ꝛ i illis dr̃. Requiescant in pace: q2 sũt in loco penali. Uñ patet primum myste. ꝛc̃.

s Ecundum dicitur ꝛc̃. Tres sunt conditiones huius sacrificij misse: necessarie.

¶ Prima. dicitur obligatio.
¶ Secunda. dicitur auditio.
¶ Tertia. dicitur deuotio.

¶ Prima ꝛc̃. Obligantur hoies ad missaȝ diebus dominicis ꝛ festis: quando sunt de precepto. Unde de conse. di. i. c°. Missas. Missas secularibus audire totas speciali ordine precipimus: ita vt nullus egredi ꝑsumat. ante sacerdotis benedictionẽ. Ille. Ubi sunt. 6. dubia declarãda. in huius mysterij declaratione. Primũ dubiuȝ. Utꝝ clerici ꝛ religiosi teneantur huic precepto? Uidetur ꝙ non. q2 capitulũ non facit mentionem de clericis. sed de secularibũs. Respondet Joannes Andre. super dicto. c°. Et archidiaconus in Rosario. Q8 si tenentur layci. multo plus religiosi: q2 debent esse patres boni exempli. Unde dr̃ eis. Mat. 5. Uos estis lux mundi: ideo sic luceat lux vestra. Et. i. q. i. c. Uilissimus cõputandus est: nisi precellat scientia ꝛ sanctitate. q est honore prestãtior. Immo vt dicit Tho. in. 4. di. 13. Alex. in. 4. par. sũme. Religiosus. ad bene esse: tenetur omni die missam audire: ꝛ si nõ ex vi ꝓcepti: aut dicere. Q2 deficiẽs ab hac celebratõe. 3. mala cõmittit. Primũ q2 priuat angelos gloria accidẽtali. Scd'ȝ: quia aias in purgatorio. Tertiuȝ eos q in mundo. Unde missa ꝛc̃. Scd'm dubiũm. Utꝝ totã debeat audire? Uidet̃ ꝙ sic. quia dicit capitulũ. Totas. Rñdeo. ꝙ modicum ꝓ nihilo reputat̃: vt ad Gloria in excelsis. Tũc precepto satisfacit. Q2 vt hñt Theo. Quod modicũ est: rõ apprehẽdit q̃si nihil. duȝ tñ maliciose nõ fiat: aut ducat̃ in ꝯsuetudinẽ: vt mũdani faciunt. Tunc esset peccatũ. Tertium dubiũ ꝛc̃. Utꝝ videre. ꝛ nõ audire: satisfacio ꝓcepto? Uidet̃ ꝙ non q2 dicit capitulũ. Audire. Rñdeo. ꝙ si possibile est: tenet̃ audire euãgeliũ: ꝛ epistolaȝ: Si nõ põt ꝑ multitudĩe populi: excusatur. Sed nõ illi q extra ecclesiã morant̃: nec curant audire. Quartũ dubiũ. Utꝝ oẽs teneant̃ tã pui q̃ magni. sani q̃ infirmi? Uidet̃ ꝙ sic. q2 capitulũ neminẽ excipit. Rñdeo. ꝙ impotẽtes nõ tenentur. Uñ dr̃. ff. de reg. iur. l. Impossibiliũ. Ad impossibile nemo tenet̃. Sȝ dico ꝙ excepta necessitate. ꝛ vrgẽte: nullus excipit̃. Uñ de ꝯse. di. i. c. Cũ ad celebrandũ. Et extra de Parochijs. c°. Ut dñicis dieb⁹. Uos parochianos admoneo vt populo vr̃o dicatis. ꝙ in festis precipuis. missã integrã deuote audiãt. Ille. Sȝ heu. q2 sunt nõnulle bestiales genitrices. q filias dieb⁹ festiuis in domo relinquũt: nec recordant̃ ꝓcepti saluatoris. Mat. 4. Dñȝ tuũ adorabis. Et Exo. 20. Memẽto vt diẽ sabbati sctifices Sȝ tales dñt. O sic ẽ ꝯsuetudo. Quibus rñdeo: ꝙ nequaq̃ est bona ꝯsuetudo. ꝙ dimittas filiã tuã in domo ad tripudiandũ. ꝛ ꝙ tp̄s circa speculũ consumat. Uñ dis. 8. dr̃. Mala ꝯsuetudo: nõ minus q̃ pniciosa corruptela vitãda est. Ille. Ducite ergo o mr̃es filias vr̃as ad missas. ac diuinũ cultũ magnificate. Et vos o pr̃es filios. fuos. ancillas. ad missam oẽs ducat̃. Como aru ardire o hõ ire ad prandiũ iam dita missa? Uñ p3. 4. dubiũ. Quintũ dubiũ. Utꝝ teneant̃ audire vsq̃ ad bñdictionẽ? Rñdeo. ꝙ sic. q2 capitulũ dicit ꝙ sic. Et di. i. de ꝯse. Oẽs cõione ꝑuent̃. q vsq̃ ad fi-

nem: missaꝝ solēnia nō audierint. Jlle. Ta
les sunt in fide suspecti. q missā nō audiūt.
O iudeo. O polaco. Sextū dubiū. Utrū
missa melioris sacerdotis sit audienda. ꝗꝫ
ecōuerso. Rñdet. Tho. 3. par. q. 82. Quoad
sacr̄m: vtraqꝫ valet: q: oēs virtute ꝟborūꝫ
consecrant: sed quoad deuotōem orantis.
melioris est audienda. ¶ Secunda con-
ditio ⁊c̄. Debet enim audiri summa cum
deuotiōe: ꝗꝫ dici pt̄. Et hoc ꝓpter. 3. fructꝰ.
quos accipimus ab ipsa missa gloriosa; vt
ponunt doctores.
¶ Primus. dicitur remissionis.
¶ Secundus. dicitur supplicationis.
¶ Tertius. dicitur defensionis.
Primus dr̄ ⁊c̄. Scd̄m Ric. in. 4°. di. 17.
Octo vicibus peccata remittunt̄ venialia.
Primo in principio misse: qñ sacerdos dic̄
confessionē in principio misse. Jō vade ad
principiū. Scd̄o. qñ hō benedictā aquam
accipit in introitu. s. vt ad missam vadat.
Tertio in confessione q̄ fit a presbytero in
medio misse. Quarto. qñ noīat Jesuꝫ ⁊ hō
inclinat caput. Ab Urbano papa dantur.
40. dies indulgētie. Jnclinatio dꝫ fieri. L.
de summa trinitate ⁊ fide catho. l. Nullus.
Unius ⁊ sūmi dei nomē vbiqꝫ celebret̄. Et
extra de imunitate ecclesie libro: 6. c. Decet.
Et ps̄. Ego aūt i dño gaudebo ⁊c̄. Act. 4.
Nō aliud nomē est sub celo datuꝫ hoibus:
in quo oporteat nos saluos fieri. Quito. qñ
leuat̄ sanguis. Sexto. qñ corpꝰ. Septio. qñ
dr̄ Pr̄ nr̄ cū sacerdote. Octauo. qñ datur
bñdictio a sacerdote. Ua ad missā o hō cū
deuotione. Secūdus fructꝰ dr̄ ⁊c̄. Q: oīo
fit ꝓ astātibus: in canone. Jn ꝟbo. Et oiūꝫ
circūastantiū. Pro qua oīone: plura bona
fiūt. Exēplū cuiusdā mercatoris de Datia:
Andreas noie. Qui pegrinādo cū aliꝗs ꝑue
nit in vigilia pasce ad sepulchꝝ. Cū sūmo
mane socij vellent recedere: dixit eis. Dies
pasce est. audiamus plures missas. Abeun
tibus oibus: iste remāsit. se patri obnixe re-
cōmendans in suo Memēto. Missa dicta
⁊ prandio sūpto: solus ire cepit. Quidaꝫ in
equo sedēs appruit. d. Sede hic retro. Ob-
dormiēsqꝫ inuenit se in mane in domo sua.
Cui dixit. Ubi es: Jn domo inqt mea. Et il
le. Lauda deū: ⁊ regratia sacerdotē. q pro
te orauit. Tertius fructus dr̄ ⁊c̄. Desen-
ditur. n. a pluribus malis: qui missaꝫ audit.
Primo ab aqua. Exemplū illiꝰ marinarij.
qui in mari existens: naui fracta in tabula
ascendit. nō valens nauigare. Quidaꝫ ap-
paruit ei porrigēs bucellā: qua sūpta vires
recepit. Fuit sacerdos q ꝓ eo missaꝫ dixit
quā ipse audiuit: ex q̄ fuit adiutꝰ. Scd̄o nō
suspendit̄. Quedā mulier a demone vexa-
bat̄: que laqueū sibi ꝓparauit ad se suspen
dendū. que dū cepta conaret̄ perficere. Ec-
ce pro eleuatione corpis xp̄i iuxta morem:
campanulā audiuit. Flexis genibus solum
vidit eleuationem. Jntrans domū: funis ⁊
trabes sunt cōfracti. demonibus fugiētibꝰ
⁊ dicētibꝰ. ꝟtus misse illiꝰ modice. te libera
uit a tp̄ali ⁊ et̄nali morte. Tertō mala mor
te nō pōt mori. Exemplū cuiusdā Cortesa-
ni ducis Galeaz. noie Rizo. q creme exñs
ꝓ fuga: dū missam audiuit. nō potuit occi-
di. Et illa dimissa vitā finiuit. Quarto non
morit̄ sub montibus. Exemplū illius q dū
foderet cecidit mons. quo presso sub ipso. ꝑ
annū integrū stetit. ⁊ vxor eius assidue mis
sam audiebat ꝓ eo. Jn capite anni: visus ē
sanus. Quinto nō moritur sagitta. Exēplū
de duobus iuuenibus qui ad aucupanduꝫ
ꝑgentes. ꝑcussus est ille. q missam nō audi-
uit. Uñ patet qñō missa cū deuotione ⁊c̄.
¶ Tertia conditio dr̄ deuotionis. Audiē
da est deuote. Que deuotio dꝫ eē in duobꝰ
Prio ex ꝑte audiētis. s. illiꝰ q hāc audit.
cū oi deuotione dꝫ eā audire. Genibus fle-
xis. corde eleuato. ⁊ oēs a se expellere fan-
tasias. Cyprianus de ꝯse. di. i. c. Qñ stamus
ad orationeꝫ fratres carissimi inuigilare ⁊
incūbere ad ꝑces toto corde debemus. Co-
gitatio hois carnalis ⁊ secularis abscedat.
Jlle. Sed pl'es sunt q pleni fantasijs ⁊ car
nalibus ⁊ secularibus nō recordant̄ se vi-
disse corpus dñi. Exēplū demonis ridētis ī
missa noua in alemania: ex eo q: non erat
hō q ad missam habuisset mentem. Quod
ꝯtra Greg. in. 4. dia. Quis fideliū dubium
habere pōt: in ipsa imolationis hora ⁊ in il
lo iesu christi misterio: ad sacerdotis voceꝫ
choros angeloꝝ adesse. celos aperiri. ima ⁊
sūma sociari: Jlle. Et Th. in. 4. dis. 13. An
gelus interest misse. vt orationes populi et
sacerdotis deo representat. Jlle. Si ergo ibi
est christus. angeli. ⁊ la corte celestial: cur nō
permanes

permanes cum devotione? Si habes stare
ante dñm temporalē: o cū quāta devotiōe:
⁊ quanto plus corā christo iesu? Prattica.
Quidā vagizant hinc inde. Quidā studēt
mente. quid agere debeāt post missaz. Qui
dam sedent. Clama ꝯtra istos precipue. O
poltroni. Uñ pz p̄ma devotio ex pte audiē
tis. Secūdo ex pte sacerdotis: hec devotio
debet esse: vt morose hanc dicat: aliter dant
causam murmurandi. Quidā non bene ex
primunt sed in gutture. Quidam nimis ꝓ
lixi. Quidam nimis festini. Missa requirit
spacium medie hore. quia sunt ibi plura ad
dicendū: ⁊ miror multū: quō est possibile ꝙ
quidam ita se expediunt. Nisi forte: q̄r non
dicunt quod dicere debent. Facecia de duo
bus capellanis in domo Bartolomei: quoꝝ
vnus alterum increpabat. ꝙ mediuz cano
nis nō dicebat. alius aūt ꝙ nihil. Uis vitu
perare vnum sacerdotem? Qñ missaz dicit
da bestia. Et per oppositū: quando devote.
Exemplum regis anglie: qui epm coegit in
die sancto expectare. donec reverteretur de
venatione. anteq̄ȝ missam diceret. Dum ho
ra trāsiret ⁊ vellet celebrare. ⁊ a nemie eēt
adiutus propter timorem regis: incepit per
se. ⁊ angeli statim canere ceperūt kiri. ⁊ om
nia prosecuti sunt. Quod factuz episcopus
docuit per suaz diocesim. Unde docuit post
modum suos presbyteros cum omni devo
tione missam celebrare: eo quia dominus ⁊
angeli huic mysterio assistebant. Unde pz
secundū mysteriū ⁊c.

Ertium dicitur ⁊c. Ambro. libro de
officijs. 7. regule sūt necessarie huic
sacrificio.

Prima. dicitur humilis collocatio.
Secūda. dicitur mentis elevatio.
Tertia. dicitur attenta ascultatio.
Quarta. dicitur reverentie statio.
Quinta. dicitur realis oblatio.
Sexta. dicitur devota oratio.
Septima. dicitur spūalis pticipatio.

Prima dicitur ⁊c. quando homo ecclesi
am ingredit. causa audiendi: non ponat se
ante faciem sacerdotis sed longe. reverent.
⁊ humilit. genuflexo. Unde apl's. vivo ego
dicit dñs: q̄r in nōie meo flectit oē genu. Et
xps. Jo. 4. Veri adoratores adorabant in
spiritu. Et vt dicit de cōse. di. 2. c. Sacerdo
tum. Nulli laycorum liceat in eo loco vbi sa
cerdotes ⁊ clerici consistunt. quod presbyte
rium vocatur. quādo missa celebratur con
sistere. Ille. Et ratio est huius in eodez. c°.
vt libere ⁊ honorifice possit celebrare sua.

Secunda dicit ⁊c. Quando stas in mis
sa: cor eleva ad cogitanduz peccata: ad me
ditandum divina. Que regula datur a Cy
priano. De consecra. di. 2. c°. Quando sta
mus. Sed plures ad divina veniunt cum
falcone ⁊ accipitre: acsi irent venatum. Cō
tra quos Luc. 16. Nemo potest duobus ⁊c.
deo ⁊ falconi. O pazia mortalium. Unde
antiquitus ab ecclesia erat ordinatum ꝓ
pter reverentiam sacramentorum: ꝙ canes
falcones. ab ecclesia per ostiarios expellerē
tur. ⁊ hodie in hispania observatur. Quod
christus egit Jo. 2°. Et Mat. xx.

Tertia regula ⁊c. Dum sacerdos dicit alta voce
verba in missa: attēde ⁊ asculta. Et quoti
enscunq̄ȝ quis inclinat caput ad nomē Je
su. ⁊ virginis marie: totiens meretur. 40.
dies de indulgentia. Sed ponamus: ꝙ nul
la esset indulgentia: adhuc est sanctum fa
cere reverentiam: quia ab apostolo horta
mur. Ad Phili. 2. In nomine iesu omne ge
nu flectatur. Et extra de immunitate ecclesie
libro. 6. c°. Convenientes.

Quarta regu
la dicitur ⁊c. Que reverentia habetur de
consecra. di. 5. c°. Apostolica. Unde homo
debet stare in ecclesia: aut genibus flexis:
aut rectus corpore. Contra poltronos: qui
stant assentati quod est magnum peccatū.

Quinta dicitur ⁊c. videlicet in missaruz
solēnia semper aliquid est offerendum: aut
denariū: aut panez: aut candelā. Que regu
la ponitur de conse. di. 1. c°. Omnis christia
nus procuret ad missarum solēnia aliquid
deo afferre. ⁊ reducere ad memoriaz quod
deus per moysen dixit exodi. 23. Et Deu
trono. 17. Non apparebis in cōspectu meo
vacuus. Ubi dicit glo. Si parrochianus es
set pauper: ⁊ non posset aliunde vivere:
posset divina subtrahere: nisi darentur ⁊c.

Sexta regula ⁊c. In missa ora deum
hoc modo. O domine Jesu regratior tibi
de beneficijs mihi datis. adiuva me. da
mihi paradisum. da mihi perseverantiā in
bono ⁊ constātiam in adversis. Ista est bo
na oratio: vt deus misereat tui de pecatis.

ter ⁊ humeros tuos subige illi cruci. in qua
iesus bonus operatus est salutẽ. Et vidẽs
Joannes ꝙ non erat amplius remedium
euadendi ne mater posset conqueri de ip̃o.
cucurrit Bethaniam ad domum Magda
lene: vbi Maria mater remãserat. Primo.
O mater iquit mesta. O magdalena. Ma
ria attonita vocat magdalenã. O magda-
lena audi vocem vnam. videtur vox Joan
nis. Ad fenestram respiciunt ⁊ vident Joã
nem ante hostium stantẽ. Quid est hoc? O
mater sancta filius tuus ducitur ad mor-
tem. Statim maria cum magdalena veni-
unt ad ciuitatem hierusalem festine. Et in-
terrogant de filio. O fili mi vbi te inueniã?
Unde iuit ad portã caluarie. ¶ Secundo
christi passio fuit acerba ⁊c. Associatus nã
q; est duobus latronibus. prophetia cõple
ta est. Isa. 53. Et cũm sceleratis deputatus
est. Unde dubium queritur. Utrum conue
nienter sit factum hoc? Respondet Hiero.
super Mattheum. Quod sic. Ut sic magis
esset cõfusus benedictus iesus. Quia sicut
pro nobis maledictũ crucis voluit assume
re. sic pro omnium salute inter noxios quasi
noxius crucifigeretur. Maria autem de do-
mo pilati versus montem caluarie vadit
tota lachrymabilis. ⁊ eundo sanguinem fi-
lij sparsum in terra videbat. Anteq̃ ad lo-
cum deuenissent sue occisionis: mater eius
afflicta ⁊ mesta obuiã illi processit volens
ipsum tangere. Quã vt filius aspexit mero
re confectam in terrã cecidit fatigatus sub
cruce. Ipsa etiam mater b̃ndicta quasi mor
tua in terrã cecidit. Ob q̃d in loco illo i hu
ius facti memoriã capella a fidelibus con
structa est: que Sãcta maria de spasmo nũ
cupatur. In se autem reuersa filiũ nõ agno
scens dicebat Joanni. Qualis est Joãnes
filius meus? Respõdit Joãnes. Ille o ma-
ter benedicta est. qui est sanguinolẽtus. O
qualis dolor ṽginis. O qualis passio erat
illa. O maria dulcissima incipiunt verifica
ri Simeonis de filio tuo dicta etiam ⁊ v̄ te
ipsa. Et tuã ipsius animam ⁊c. Completa ẽ
prophetia Isa. 53. Uidimus eum quasi nõ
habentem spẽm nec decorem. Ubi sunt illi
oculi pelegrini: o iesu? Ubi illa facies to-
ta iocunda? Ubi capilli crispi? Ubi barba
rubicunda? Uidimus inquit propheta eum
quasi non habentem speciem nec decorem.
Ecce secunda rõ. ¶ Tertio ratione ⁊c. q̃r
sequebatur eũ multitudo populi mulierum
ac virorum qui plangebant eum ⁊ lamen-
tabantur. Cum quibus ipse compatiendo
predixit futuram calamitatẽ ⁊ desolatõem
ipsius ciuitatis. Filie hierusalem nolite fle
re super me sed super vos ipsas flete. ⁊ su-
per filios vestros: quoniam ecce dies venient
in quibus dicetis. Beate steriles que nõ ge
nuerunt ⁊ vbera que non lactauerunt. Et
hoc impletum est in obsidione ⁊ captione
hierusalem a Ro. Quando tot milia fue-
runt occisi ⁊ venditi ⁊ vsq; in hodiernum
diem per

dien per mundũ dispersi ⁊ vagabundi. qui ante erant peculiares populi. Sed merito. Queritẽ dubium. Cur iesus christus magis voluit pati in hierusalem q̃ alibi: Ad hoc respondeo ſm Augu. libro de cõsensu euange. Qđ hoc factum est duplici ratiõe. Prima quia hierusalem erat locus a deo electus ad sacrificia sibi offerenda. Que quidem sacrificia figuralia figurabant christi passionem: que est verum sacrificium. Ad ephe. 5. Tradidit semetipsum oblationem ⁊ hostiam deo in odorem suauitatis. Et idõ quia virtus passionis eius erat ad totum mundũ diffundenda: ideo in medio terre habitabilis pati voluit. idest in hierusalez. Unde in ps. Rex noster operatus est salutem in medio terre. idest hierusalem: q̃ dicitur terre habitabilis vmbilicus. Secũda ratio: quia hoc maxime ꝯueniebat humilitati eius: vt sicut elegit vterum virgis humilem: iuxta illud Respexit humilitatez ancille sue. Et sanctũ presepe in quo iacuit ⁊ plangere voluit: Juxta illud Ambrosij. Uagit infans inter arta ⁊c̃. Et locuz asine: iuxta illud Zacharie. 9. Ecce rex tu⁹ venit tibi mãsuetus sedẽs sup asinã. Insup colũnam elegit. i qua fuit vrisus. Et turpissimũ genus mortis crucis elegit. Ita pertinebat ad eius humilitatem perfectã. vt in loco tã celebri confusionem maximã sustineret. Uñ Leo papa egregie in sermõe epiphanie dicit. Quia formam ſui susceperat. Betleem preelegit natiuitati ⁊ hierusalem passioni. Ille. Erat enim hierusalem metrapolitana. principalis sedes magisterij ⁊ sacerdotij. Unde in illa debuit pati confusionem. Sed non in terra sed in aere. scilicet i monte Caluarij: quia vt dicunt alique glose: Abraam immolare voluit ibi filium qui figurabat futuram iesu christi immolationẽ. Et sic patet tertium mysteriũ.

Quartum mysterium dicitur crucifixionis. Quãdo fuerunt peruenti i montem Caluarie. qui est locus iudicij vbi mali decapitabantur: denudauerunt christum benedictuz: ⁊ quattuor milites diuiserunt vestimenta eius. sortem mittentes. De hoc completa est prophetia Dauid. Diuiserunt vestimenta mea sibi ⁊c̃. Que quidem vestis facta est a beata virgine ⁊ erat inconsutilis. que ipso crescente et ipsa crescebat. Habens ad quattuor angulos palliorum fimbriam sine recamaturaz: iuxta illud Numeri. 15. Loquere filijs israel vt faciant sibi fimbrias per quattuor angulos palliorum ⁊c̃. Hanc vestem milites diuiserũt. Cogita anima mea si potes: qualis dolor fuit quando extraxerunt camisiam q̃ adherebat vulneribus: pellis sequebatur ipsam. ⁊ riuuli sanguinis emanabant. At ille stabat sicut mansuetus agnus. Quo facto antequã poneret se super crucem: ad iudeos se vertit sic dicens. Popule meus quid feci tibi. aut quid molestus fui: Responde mihi. Ego pro te flagellaui egyptũ cum primogenitis suis. et me flagellatum ducis ad crucem. Ego te eduxi de egypto demerso pharaone in rubro mari. ⁊ me tradidisti principibus sacerdotum. Ego te paui manna per desertum: ⁊ tu me cecidisti alapis ⁊ flagellis. Ego dedi tibi sceptrum regale: ⁊ tu meo capiti coronam spineam. Ego propter te percussi reges cananeoruz: ⁊ tu percussisti caput meum arũdine. Ego aquaz de petra eduxi. Insurgentes cõtra te: hostes ꝓstraui. scilicet Seon regẽ amorreorũ: ⁊ Og regem basan. Ego a captiuitate diutina scilicet per septuaginta annos ꝓpter scelera tua in babilonia per Esdram ⁊ Zorobabel ad propria reduxi. Ego ex genere tuo carnem sumens. regale solium celi dimisi: vt tibi essem frater: tu autem parasti crucem saluatori tuo. Ego per ciuitates tuas. castra. ⁊ vicos discurri: in tui vtilitatem laborãs. Ego semper in templo docui: que te saluum facere possent. Ego cecos tuos illuminaui. leprosos mundaui. claudos erexi. obsessos a demonibus liberaui. Surdis auditum restitui. mutis loquelam. infirmis sanitatem. mortuis vitam. Nunquid in his molestus fui: Precepta diuina declaraui. errores confutaui. vitia reprehendi. consilia perfectionis adieci. Quid vltra debui facere ⁊ potui: ⁊ nõ feci: Heccine reddis domino popule stulte ⁊ insipiens. Pro his omnibus beneficijs tibi collatis: parasti crucem saluatori tuo. In illa hora fleuisset pater si corpus habu

isset ex compassione filij sui. Fleuerunt an-
geli. Isaie. 34. Angeli pacis amare flebūt.
Fleuit maria que gladio doloris fuit per-
forata. Et omnes dolores partus ⁊ mortis:
in passione filij fuerunt ei seruati. Fleuit
Petrus Matth. 26. Egressus foras fleuit
amare. Fleuerunt omnes apostoli: Iuxta
illud. Tristes erant apostoli. Fleuerūt om
nes mulieres. Magdalena. Maria Iaco
bi. ⁊ Salome. ⁊ relique mulieres. Luce. 23.
Filie hierusalem: nolite flere super me. sed
super vos flete. His dictis vertit se ad pa-
trem voce pia dicens. Pater mi. hec est ho
ra in qua quod ordinasti implere incipio:
propter obedientiam tuam. Iudei autem
his finitis ipsum ligauerunt super crucem.
Ille autem vt agnus mansuetus regalia
sua brachia extendit. Et illas manus san-
ctissimas spontanee crucifixoribus porre-
xit. Et aspiciens in celum dixit patri. Pa-
ter ignosce illis. Dum igitur in cruce exten
ditur. Unus accipit clauum ⁊ in manu sua
posuit. Alter miles qui tenebat aliam ma-
num videns ꝙ manus sinistra se retraxe-
rat ⁊ ꝙ non attingebat ad illud foramen
traxit illam fortiter. ponens pedem suum
ad crucem ⁊ fortiter eum traxit cum fune:
ita ꝙ ossa pectoris numerari poterant. Et
sic affixit eam clauo. Malleorum autem
ictus audiebantur ab illa mestissima ma-
tre: cuius cor configebatur clauis illis a-
cutissimis. Qui manus. ⁊ pedes. ossa. ⁊ car-
nes filij sui rumpebant. Et sic in cruce ex-
tensus dulcissimus sponsus dicebat patri.
Suscipe sancte pater me dilectum filium
tuum. quem tibi offerro in sacrificium im-
maculatum pro salute humani generis.
Ecce o pater mi. iam non amplius tibi offe
runtur legalia sacrificia hircoruȝ aut agno
rum: sed caro innocentis filij tui. Triginta
⁊ tres anni elapsi sunt. quibus hanc cru-
cem aspiciens in illam mori pro humani
generis redemptione desideraui. De pedi-
bus ⁊ manibus perforatis impleta est pro
phetia Dauid. Foderunt manus meas et
pedes meos. Secundum Bersi. christus
habuit tres lectos. Primum vteruȝ virgi-
nis in quo per nouem menses stetit. Se-
cundum: sanctum presepe in sua natiui-
tate. Tertium: crucem in qua habuit tan-

tum locuȝ vt caput appodiare posset: iuxta
illud Matth. 8. Uulpes foueas habent et
volucres celi nidos. filius autem hominis
non habet vbi caput reclinet. Unde idem
Bernardus. Circuire possum celum ⁊ ter-
ram: mare ⁊ omnia que in eis sunt. et non
inuenio te nisi in cruce o bone iesu. Ibi ia-
ces. ibi cubas. ibi dormis in meridie. Hec
ille. Pilatus autem scripsit titulum litteris
hebraicis. grecis. ⁊ latinis ⁊ posuit supra
crucem. Iesus nazarenus: rex iudeorum.
Sed queritur dubium quare hac tripli
ci lingua titulus ille fuit scriptus? Respon
deo secundum Chriso. Credibile est mul-
tos gentiles simul cum iudeis in hierusalē
propter festum conuenisse. Et ideo vt nul-
lus ignoraret: non in vna tantū lingua scri
psit sed in tribus. Dixerunt autem pontifi-
ces iudeorum pilato. Noli scribere Rex iu
deorum ⁊c̄. Pilatus autem. Quod scripsi
scripsi. Et crux eleuata fuit ⁊ posita in fora
mine atque plantata. In ipsa autem eleua
tione pondus corporis per tres clauos vel
per quattuor secundum quosdaȝ sustenta-
batur. Ideo mēbra illa incredibili crucia-
bantur dolore. Sed ⁊ tunc mestissima ma-
ter filium intuens confusum. deformē. gran
di angustia plenum. in medio latronum pē
dentem: adiutorio Magdalene ⁊ Ioānis
quantum potuit propinquam se fecit. Ubi
cernens filium mutatuȝ in facie: lachryma-
biles voces dabat. Hoc expressit Io. quan
do dixit. Stabat autem iuxta crucem iesu
mr̄ eius. ⁊ soror mr̄is eius maria Cleophe.
⁊ maria Magdalene. Et qdā. Stabat mr̄
dolorosa iuxta crucem dolorosa ⁊c̄. Canta
versum. Erant auteȝ turbe que clamabāt.
Preterenntes clamabant mouentes capi-
ta. Uah qui destruis templum dei ⁊ in tri-
duo reedificas illud. Salua temetipsum.
Si filius dei es: descende nunc de cruce.
Alios saluos fecit: semetipsum saluuȝ non
potest facere. Similiter vnus de his qui
pendebant latronibus: blassemabat eum
dicens. Si tu es christus: salua temetipsuȝ
⁊ nos. Respondit alter ⁊ increpabat eum
dicens. Neque tu times deum qui in ea-
dem es damnatione. Preterea quedam
glosa super Tobiam dicit demonem stetis
se super crucis humerum ⁊ cōsiderasse an

christus aliquam maculam haberet. Unde
ipse dicit Jo.14. Uenit enim princeps mũ
di huius ⁊ in me non habet quicꝙ̃. Jesus
autẽ in tot persecutionibus ⁊ maledictis
dixit septem verba: maxime vtilitatis.
Primum verbum. Pater ignosce illis.
Opere implens quod verbo docuit. quan/
do dixit Matth.5. Orate pro persequenti
bus ⁊ calumniantibus. Super quo verbo
Bernar. super Can. Flagellis cesus. spinis
coronatus. clauis confossus. opprobrijs sa
turatus: immemor tamen omniũ dolorum
clamat. Pater ignosce illis. Pater aman/
tissime. pater benignissime. A paterno no/
mine incepit filius ⁊ suo blandiens genito
ri. nil sibi nagari concludit dicẽs. Ignosce
illis. Nec ait examina. põdera: sed ignosce.
Ut doceat nos non debere ponderare. exa/
minare. iudicare: sed pleno ore atꝙ effica/
ci opere indulgere. Ille. Hoc verbo primo
Pater ignosce ſm Hierony. plusquã. 5000.
millia iudeorum ad fidẽ sunt conuersi. De
hac oratione completa ẽ prophetia. Isa.
53. Ipse peccata multorum tulit ⁊ pro trãs
gressoribus orauit: idest pro iudeis. Ecce p̃
mum verbum: maxime charitatis. Se/
cundum verbum fuit ad latronem: quãdo
ipse christo dixit. Memento mei dum ve/
neris in regnum tuum. Et christus respon/
dit. Amen dico tibi: quia hodie mecũ eris
in paradiso. O felix promissio. O breuis tã
te felicitatis adimpletio. Nullus ãte latro
nem: hoc verbum audiuit. Promissa siqui/
dem fuit patribus ⁊ prophetis eterna vi/
ta per christum: sed nulli sicut latroni ita
breui spacio designata. Sed q̃ritur: quo
modo illa die fuit in paradiso. quia vsque
ad dies quadraginta nullus paradisũ in
gressus est? Respondeo ꝙ latro vidit diui
nitatem. vnde paradisum habuit. Iste la/
tro fuit ille qui christum cum matre ⁊ Jo/
seph in egyptum fugientes a facie Hero/
dis. liberauit eos de manu latronum: ⁊ eos
sociauit vsque ad locum securum. Et stans
sic Jesus in cruce audiebat querelas ma/
tris dicentis. O fili mi oli aie mee consola
tio ⁊ gaudium: nũc aũt gladius penetrabi
lior oi ense acutissimo. Fili mi quem nouẽ
mensibus in vtero tenui. quẽ paruo lacte
paui. quẽ totiens infantem ⁊ paruulũ pan
nis inuolui. in cunis reposui. ⁊ amorosis am
plexibꝰ strinxi inter vbera mea. ⁊ osculata
sum. O q̃ infelix mihi ⁊ tibi facta est dies
ista. Et qs poterit mederi vulneribus dolo
rum meorũ. ⁊ mitigare angustiam miselle
matris tue: cum inspiciam te filium meum
vt leprosum factum: qui speciosus eras pre
filijs hoium. ut maleficum ⁊ reum cũ ini/
quis deputatum? Qui sanctus sanctorum
es. vt fatuum ⁊ stultum cerno. in quo recon
diti sunt oẽs thesauri sapientie dei. vt ho/
stem omnium: qui omnibus affabilis. beni
gnus. ⁊ humanus semper extitisti. ⁊ super
omnia videris oblitꝰ mei vidue mr̃is tue.
Nam ecce iam moreris: ⁊ nihil mihi dicis.
Et quid faciam ego sine te filio meo? Quo
diuertam? Ad quem confugiam? Tu mihi
pater. tu mihi frater. tu mihi blandus filiꝰ
eras. Tu mee diuitie. tu mee dilitie. tu mẽa
gloria. O me desolatam. que tantum filiũ
in cruce video deficere. O amantissime fi/
li loquere mihi matri tue. Loquere vt au/
diam vocem tuam cigneo canore dulciorẽ.
Loquere inq̃ vt sic saltem audiens verba
tua. patientior fiam ad tolerandam penã
que me cruciat pro amore tuo. Non dene/
ges mihi qd postulo. Exaudi me. ⁊ verbo
tuo consolare: ne deficiam in hac tribulati
ne. O fili mi lumen oculorum meoꝝ. conde
scendisti latroni: misericorditer loquẽs ei.
Acquiesce itaꝙ voto matris tue: ⁊ dic mi/
hi qd factura sim. His ⁊ similibꝰ querelis
loquebatur mestissimo filio, q non minorẽ
patiebat̃ penã pp teneritudinẽ mr̃is: quã
sentiebat amaricatam. Jõ dicebat. O mi
mr̃ quõ gaudia q̃ de me suscepisti cõuersa
sunt tibi in luctũ? Ubi sunt angeli: in mea
natiuitate canẽtes? Ubi pastores ad pre
sepe venientes? Ubi reges orientales in
cuna me adorantes? Ubi grata per. 33. an/
nos vtriusque conuersatio ⁊ familiaritas?
Uñ ei dixit triplex verbũ. Mlr̃ ecce filius
tuus. s. Joãnes euang. q secũ iuxta cr
erat. Sup q̃ Chriso. Nõ. d. mr̃ q̃ñ si d
locutꝰ fuissꝫ: forte cor v̓ginis crepuisset.
Tho. in Cathena aurea. q. d. dominꝰ ma/
tri sue. Usꝙ modo tui curam hũi: sed me/
mor tui. istũ relinquo. s. Joannem. Deinde
ꝯmendans eã discipulo dixit. Ecce mr̃ tua.
quasi dicat. Deputo te ad eius custodiã.

Et ex illa hora accepit eam discipulus in suam.s.curam ⁊ diligentiam. Unde dicit Joan. damasce. ꝙ dolores ꝑtus ⁊ mortis qui fuerunt ei preseruati: in morte filij sūt ei cōmunicati. Fatigatus iam delicatus Jesus q2 perdiderat quasi totū sanguinē sitiebat. Unde dixit aliud verbū. Quartum verbū. Sitio. Sitiebat naturalr̄ ꝓpter penam. ⁊ spūaliter salutē nostrā. Super quo Ber. in verbo Sitio. O dn̄e quid sitis? Fidem vestrā. Salutem vestrā. Gaudiuz vestrum. Plus aiarum vestrarum ꝙ̄ corporis mei cruciatus me tenet. Ille. Statiz dederunt ei milites bibere vinum cum felle mixtum. Unde queritur dubium. Quare vino sic amaro potauerunt eū? Rn̄det Nicolaus de lira. Q8 aliqui dicunt id factū fuisse: vt citius xp̄s moreretur. Et sic milites ab eius custodia citius liberarentur. q debebant ipsum custodire quousq3 expirasset. Sed Nicolaus ipse dicit alr̄ ⁊ melius. Nā legitur in quodam libro hebraico q apud eos intitulatur Liber iudicuz ordinarioꝝ. Q8 q2 Salomon dixerat Prouer. 31. Date siceram merentibus ⁊ vinum his qui amaro sunt animo: vt bibant ⁊ obliuiscantur egestatis sue. Ideo seniores iudeorum statuerunt. vt condemnatis ad mortem daretur vinum aromaticum ad bibenduz: vt facilius tolerarent passionem. In hierusalez autem erant matrone deuote que hoc vinū ⁊ siceram. i. potum inebriatiuuz dabant ex deuotione. Iudei ergo ex nimia crudelitate moti: tale vinum pro xp̄o datum ⁊ aliis duobus latronibus: acceperunt sibi ⁊ biberunt. De hac potatione impleta est prophetia. Amos. 2. Uinum damnatorum bibebant. s. iudei: ⁊ loco eius posuerunt acetuz cum felle mixtum. Cum ergo potum quereret Christus. Sitio. Milites quia biberant vinum illud. miserunt ad villaz in pedemōtis caluarie. ⁊ in domo mulieris petierunt vinum venale. Qua dicente: quid vultis facere de isto vino? Dixerunt. Dare potum volumus isti seductori qui dr̄ xp̄s. Tunc illa accepit acetuz ⁊ miscuit ei fel agni comesti sero precedenti. ⁊ eis dedit. Tunc illi xp̄o dederunt ad bibendum. p̄s. Dederūt in escam meam fel ⁊c̄. Sed cum gustasset noluit bibere. Potuit virgo clamare quando audiuit filium dicentem. Sitio. Heu mi fili quid audio? O vniuerse creature celi admiramini paupertatem filij mei. qui dicit sitio: ⁊ non potest habere. Qui creauit omnia. qui est omnipotens nō habet ad bibendum? O fili mi: cur non possum tibi sitienti ministrare? Cur tibi d' pectore meo lac illud porrigere non valeo. quod totiens dū paruulus eras: suxisti? Silr̄ ⁊ Magdalena flendo dicit. O magister bone. O magister care: ⁊ cur ego indigna discipula hac tanta necessitate subuenire tibi non possum? O damnata seuitia iudeorū. Ecce quō xp̄s protulit quartū dulce verbum. Quintum verbum fuit. Clamauit circa horaz nonam. voce magna dicens. Hely hely lama zabathani. Quod est interpretatum hely i. deus meus. Lama. i. quare. Zabathani. i. dereliquisti me. Super quo glosa dicit. deum dereliquisse eū in morte q2 potestati ꝑsequentiū cū exposuit. Subtraxit enī3 ꝓtectionem: sed non soluit vnionem. De ista derelictione completa est prophetia D8. Qui me consolaretur non inueni. Non. n. consolabantur eum sicut fieri solet morti addictos a ducentibus. Primo non iudei: Sed illudebant cum principibus sacerdotum ⁊ blassemabant. Secundo non gentiles: sed coronam spineam imponentes capiti. percutiebant eum. Tertio non discipuli qui fugerant ab eo ⁊ fidem amiserant de ipso. Quarto non marie. que similiter perdiderant fidem. Non deniq3 pater etern9 consolatus est eum. s. ad liberandum eum de manibus inimicorum sed pro nobis tradidit illum s. voluntati eorum permittendo agere quecunq3 crudelia voluerunt. Ideo clamauit hely hely. Quidam autez scz Romani milites: ſm Hiero. idioma hebraicum ignorantes dicebant. Heliam vocat iste. Uidens autem prophetias impletas dixit aliud verbum. Sextum verbū fuit. Consumatum est. i. totum feci propter quod veneram. s. vt patri obedirem. Ad Phil. 2. Factus est obediens vsq3 ad mortem. Super quo Aug. Christus ne perderet obedientiam: ꝑdidit vitā. Consumatū est. s. ꝑconiū patriarcharuz. Cōsumatū est:

locutio

locutio prophetarum. Consumatum est:
Figure.prophetie. Consumatum est:opus
redemptionis humane. Consumatum ē.i.
corpus meum iam mortuum est. Consuma
tũ est.i. Ade peccatuȝ:qui inobiens pomũ
comedit. Consumatum ē:vȝ vetus testamẽ
tum. Hoc dicto sol obscuratus est:q₂ a secũ
da hora tenebre facte sunt super vniuersaȝ
terram: vsque in horam nonam. Uellum
templi scissuȝ est in duas partes. Petre cre
puere. Terra mota est. Unde omnis cre-
atura compati christo visa est. In hora
autem nona: cum clamore clamauit voce
magna verbum septimum. Pater in ma-
nus tuas cõmendo spm meum. Et inclina-
to capite:tradidit spiritum. Canta hunc ℟
suȝ. Et anima illa sanctissima a corpore exi
uit.⁊ ad lymbum sanctorum prũm descen
dit. ℭ Crucem hic ostende. Diuus Ber. A
scendi xp̄s in altum crucis:vt ab oibus vi-
deretur. Uoce magna clamauit: vt ab om-
nibus audiretur. Clamori lachrymas ad-
didit:vt homo ei compateretur. Uidẽs au
tem maria filium mortuũ.fecit planctũ su-
per oẽs ciuitates. O hierusalem cui filius
meus tot ⁊ tãta fecit in miraculis.in predi
cationibus.ipsum occidisti. O capharnaũ.
O galilea. O effrem. lugete filium meum
mortuum. Hic est qui tot ⁊c. Uidentes au
tem sci patres xp̄ȝ. O quanta letitia. O q̃
ta iucunditas. Unde dixerunt illud Aug.
Aduenisti redemptor mũdi.aduenisti quẽ
desiderantes cotidie expectabamus. De-
scendisti p̱ nobis ad inferos:noli nobis de
esse.cum reuersus fueris ad superos. Ecce
qũo christi passio ⁊c.

q Uintum dr̃ ⁊c. Uidentes iudei ⁊ a
lij forenses tot mirabilia i eius mor
te.ꝙ terra tremuit.monumenta sũt
aperta.⁊ sol obscuratus:territi sunt. Et tũc
Centurio exclamauit dicẽs. Uere filius di
erat iste. Unde conuersus est ⁊ plures reuer
tebantur hierusalem flentes:tondẽtes pec
ctora sua:quia parasceues erat.i.dies ve-
neris. In cuius vespera incipit solẽnitas
sequentis sabbati. Iudei vt non remane-
rent corpora sabbato in cruce. Rogauerũt
Pilatũ.vt frangerentur crucifixorũ crura:
⁊ de cruce tollerentur eoꝝ corpora. Uene-
runt ergo milites ⁊ fregerũt crura latronũ.
Ad iesum ãt cum venissent.vt viderũt eũ
iam mortuum.non fregerunt eius crura: vt
prophetia eius cõpleretur Exo.12. Os nõ
cõminuetis ex eo.i.agno:qui christũ figura
bat. Unus ãt militũ.s. Longinus lancea la
tus eius aperuit:⁊ continuo exiuit sãguis
⁊ aqua. Sanguis ad nostram redemptio-
nem:aqua ad peccatoꝝ ablutionẽ. Que q
deȝ aqua ⁊ sanguis fȝ Th.in.3.par.q.46.
fuit miraculosus. Quod quideȝ optime fa
ctum est:quia sicut de costa Ade dormiẽtꝭ
facta est Eua:vt iquit Glosa interlinearis:
ita de latere xp̄i dormientis in cruce forma
ta est eccl'ia.que sanguine redimitur:aqua
lauatur. Hec ille. Unde iste longinus visuȝ
recepit:q₂ sanguis tetigit oculos eius. Un-
de ⁊ ob hoc conuersus est ad fidem.⁊ p̱ ip
sa tandem martyriçatus est. Ioseph auteȝ
cum esset discipulus christi.occulte iuit ad
amicum suũ Nicodemũ:q₂ ⁊ ipse discipu-
lus christi erat. Et ambo de licentia Pila-
ti deposuerunt corpus iesu de cruce. O qs
explicare posset imensuȝ dolorẽ marie: que
tota lachrymabilis rapuit eius sãctissimũ
corpus in gremio:ipsum per singula mem
bra deosculando:dicens. O caput sanctissi
mũ: quod totũ munduȝ docuit.illumina-
uit.rexit.infinita bona ei contulit.⁊ nunc te
video spinis coronatũ. O manus sanctissi
me. O pedes sanctissimi. Dic p̱ singula mẽ
bra. Similiter ⁊ hoc faciebant alie marie.
Que accepto vnguento ipsuȝ vnxerũt. Et
posuerũt eũ in monumẽto nouo. Duxerũt
ãt Mariã domum in bracaijs suis quasi
mortuã. Hoc pacto:accipias corigiã quaȝ
pones ad collũ. Et ex parte populi genibꝰ
flexis misericordiã pete. Ipsum deosculan
do p̱ singula mẽbra:sic dicẽdo. O bone ie
su ex parte huius populi ciuitatis. Baso q̃l
capo sancto. Ex parte populi.o bone iesu
baso quelle sancte mãe. Sic prosequere p̱
oia mẽbra. Et in fine dic. Te precor o dul-
cissime iesu p̱ tuã sanctissimã passionẽ: vt
huic populo tribuas oium peccatorũ suoꝝ
remissionem in presenti.⁊ gloriam in futu-
ro. Amen.

¶ In die iocundissime resurrectionis. De gloriosa christi resurrectione.



Esuz queritis nazarenũ crucifixum: surrexit nõ est hic. Mar. xvi.

¶ Quanta sia stata gaudiosa, festiua ⁊ letabũda, resurrectio filij dei in presenti die. N. satis aperte declaratur. si dulciter contẽplemur tripudia ⁊ leticias: quas fecerunt omnes creature in ipsa resurrectione. Scdm Tho. ⁊ Alber. tres sunt differẽtie creaturaꝝ. Primo superiores, vt angeli. Hi letati sunt in resurrectione christi: qꝛ videbant sanctos ab inferis extrahi. ⁊ sedes vacuas repleri. Unde ecclesia. Exulet iam angelica turba celorum. Secundo creature medie. i. homines huius vite letati sunt, vt apl'i. Ecclesia canit. Gauisi sũt discipuli. Et de mulieribus: ecclesia canit. Ille dum pergunt ⁊c. Tertio creature inferiores. i. sancti patres in lymbo: qui educti sunt a dẽsis, tetris, ⁊ caliginosis ergastulis. ⁊ carceribus lymbi: quem videntes eum suscitatum, dixerunt illud Aug. Aduenisti redemptor mundi quem desiderantes quotidie expectabamus. Descendisti pro nobis ad inferos: noli nobis deesse dum reuersus fueris ad superos. Ille. Et nos debemus gaudere ⁊ exultare. Ad hoc initat Dauid in ps. quẽ ecclesia sepe replicat in officio p̃senti. Hic dies ⁊c. Hec est dies in quo p̄res sunt liberati. Hic est i quo apostoli ⁊ mulieres gauise sunt. Hic est in quo salus nostra completa est. Ad hanc exultationeʒ inuitãt nos oĩa. Uidemus arbores florere, aues in nemoribus canere, terram proferre flores suos. Maximus in se. In resurrectiõe xp̄i aer salubrior, sol candidior, terra fecundior facta est. In ipsa nãqʒ omnia elemẽta gloriantur. Nam ⁊ ipsum solem arbitror ĩ hac die solito clariorem. Necesse est enim vt sol in eius resurrectione gaudeat qui in eius passione condoluit. Ille. De qua quideʒ resurrectione, tria dulciter contemplabimur.

¶ Primũ, dicitur congruitatis.

¶ Secundum, dicitur expectabilitatis.

¶ Tertium, dicitur iocunditatis.

Primum ⁊c. Dubiuʒ q̃ritur. Utruʒ fuit necessariũ xp̄ʒ a mortuis resurgere? Respondet Tho. 3. par. q. 53. ar. 1. Quod sic quintuplici ratione.

¶ Prima, est pp diuine iusticie ɔmẽdatiõeʒ.

¶ Scda, est pp desolatoꝝ consolationem.

¶ Tertia, est pp fidei nr̃e instructionem.

¶ Quarta, est pp vite nr̃e informatiõem.

¶ Quinta, est pp figuraꝝ veteꝝ ipletiõeʒ.

¶ Prima est ⁊c. Una maria est in Theo. Qđ iustitia diuina ⁊ hũana reqrit: vt merito reddat premiuʒ. Et merces labori. Et exaltatio humilitati. Mat. 20. Uoca operarios ⁊ redde ⁊c. Et Luc. 1. Exaltauit humiles. Et. 18. Qui se humiliat: exaltabit. Et 1. Petri. 6. Humiliamini sub potenti manu dñi: vt vos exaltet in tp̄e visitatõis. Et Ecclesiastici. 3. Quanto maior es: humilia te ĩ oĩbus: ⁊ corã deo inuenies gratiam. Ideo ⁊ cano. 7. q. 1. Ibi. Et. 15. q. 1. Firmissime. Et xij. q. 2. Charitatem: dicit. Iustuʒ est vt illi consequant stipendiũ: qui laboris impẽderunt obsequiũ. Et in Auten. de iudicibus. §. Ne aũt. col. 6. dicitur. Labor non debet eẽ sine fructu. Ad ꝓpositũ. Xp̄s in corpore multũ laborauit, ⁊ multas ⁊ isinitas angustias sustinuit. ⁊ vsqʒ ad infimũ humilitat̄ scʒ mortis se humiliauit. Iõ necessarium et ɔgruum fuit. ꝙ eius corpus resurgeret, ⁊ p̃miũ sue humilitatis reciperet. Et hãc rõem tangit apostolus Phil. 2. Factus est obediens vsqʒ ad mor. mortẽ ãt crucis. Propter quod ⁊ deus exaltauit illum ⁊ dedit illi nomen ⁊c. Christus se humiliauit super oẽs creaturas. Quia cũ esset diuinus ⁊ inuisibilis. induit hac nostra ignobili carne mortali. Humiliauit: matrẽ humilẽ eligendo. Humiliauit: in par[..]o tugurio nascendo. Humiliauit: sacramenta humilitatis. s. circũcisionis ⁊ baptismi suscipiẽdo. Humiliauit: virgini mr̄i ⁊ Ioseph. se subijciẽdo. Humiliauit: humiles piscatores sibi sociando. Humiliauit: in predicatione gloriam p̄ris querendo. Humiliauit: mũdanos honores spernendo. Hũiliauit: ɔuersando ⁊ pedes discipulorum

discipulorum lauando. Humiliauit denique: contu
melias. verbera. sputa. crucē. ⁊ mortē abie
ctissimam patiendo. Humiliauit tantū se.
ꝙ voluit ipsam humilitatē pro mr̄e. pro so
rore: cōpatiam. pro filia: fidem. pro socia ⁊ fa
miliari: cōpassionem. Hauendosi adunque
tanto humiliato. meruit ⁊ debuit sublima
ri: in premium tante humilitatis. Uñ ipse
dicit pr̄i. ps̄. 132. Dñe probasti me. s. per do
lores. Tu cognouisti sessi. me. i. approbasti
gl'am resurrectiōis mee. Unde p3 p̄ma rō.
¶ Secunda ⁊c̄. Hunc ordinē3 seruat diui
na iustitia: ꝙ nunq̄3 permittit suos amicos
in tribulationibus frangi. quin det eis con
solationes. Uñ ps̄. Secundum multitudi
nem dolorum ⁊c̄. Et Tob. 3. Post tempestatē
tranquillum facis: ⁊ post lachrimationem
⁊ fletum. exultationē infundis. Et. 2. Cori.
1°. Sicut abundant passiones christi in no
bis: ita ⁊ per ipsum abundat ⁊ consolatio
nostra. Hiero. super ps̄. Quot vulnera pa
timur: tot consolationes meremur. Ad pro
positum. Apostoli remanserant tristes de
morte christi. Ecclesia canit. Tristes erant
⁊c̄. Et tres marie. ⁊ virgo maria: que quasi
mortua remāserat pre dolore. Unde fleue
re omnes. Fleuit petrus Mat. 26. Egressus
foras ⁊c̄. Fleuere mulieres Luce. 23. Filie
hierl'm: nolite ⁊c̄. Fleuere āgeli Isa. 33. An
geli pacis amare flebunt. Cum igitur om
nes tristes fuerint morte eius: dignu3 erat
vt consolarentur. Qd factu3 est quando a
mortuis resurrexit: vt hodie qui letati sūt.
¶ Tertia ratio ⁊c̄. Ex hoc enim ꝙ christus
mortuus est ⁊ resurrexit: fides nostra cōfir
mata est. Ubi notandū. ꝙ inter omnes ar
ticulos fidei. articulus resurrectionis fuit
valde incredibilis maxime gentilibus. etiā
apostolis ad tp̄s. Unde phs in postpredi
camentis. A priuatione ad hitum non fit
regressus. Et. l. qui res. §. Aream. ff. de solu
tionibus. Homo mortuus: nunquam reui
uiscit. Unde apostolus predicans athenien
sibus. dum xp̄m predicaret audiebant eu3
libenter q2 bene loquebatur. Sed quando
dixit de resurrectione christi ⁊ alioru3 mor
tuorum: dixerunt. Nouorum demoniorum
videtur annunciator esse Act. 17. Ideo si
christus non resurrexisset a mortuis. inanis
esset fides nostra ⁊ vacua: q2 icredibilis fu
isset. Unde apostolus. i. Corin. 15. Si chri
stus non resurrexit: inanis est ⁊c̄. Uñ ipse
dicit patri in ps̄. Que vtilitas in sanguine
meo: si descendo in corruptionem? Glosa.
Nulla certe: q2 caput nostre future resurre
ctionis. Ubi nota s'm Alber. ꝙ duplex est
species resurgentium. Una est imp'fecta: vt
laçari q2 erat iteru3 moriturus Jo. 9. Alia
est xp̄i que fuit vera resurrectio: ⁊ spes nr̄e
future resurrectionis. ⁊ caput ipsius resurre
ctionis. ¶ Quarta rō ⁊c̄. Per hoc enim ꝙ
xp̄s resurrexit: dedit figurā nr̄e resurrectio
nis: dupliciter. P°: q2 sicut ille amplius nō
moritur. Ro. 6. Xp̄s resurgens ex mortuis.
iam non ⁊c̄. ita ⁊ homo spiritualiter nō de
bet amplius mori peccato mortali. Et cum
xp̄o debet resurgere hodie de sepulchro pec
cati. 2° sicut enim incoauit hodie vitā im
mortalem ⁊ nouam. ita hō incipere aliā vi
tam. Non differre resurrectionem suā spiri
tualem vsq3 in senectutem: q2 talis resurre
ctio h3 difficultatem. Difficile enim conuer
titur q in peccato inueterat. Unde Sapi.
Prouer. 22. Adolescēs iuxta viam suā am
bulans. et cum senuerit non recedet ab ea
Neq3 vsq3 ad mortem: q2 talis conuersio
h3 dubietatem. Jō Aug. de pe. di. 7. c. Siqs
positus. dubitat de pn̄ia eorum. quos peni
tet in extremis. Q2 tunc tales vn̄r potius
penitere timore pene: q̄3 amore iustitie. iō
corum pn̄ia dubia eē dr̄. Non d3 differre post
mortē: q2 talis cōuersio h3 impossibilitate3.
Talibus. d. dn̄s Prouer. i. Uocaui ⁊ renui
stis. Et infra. Ego quoq3 in interitu vr̄o ri
debo. Tunc inuocabunt me ⁊ nō exaudiā
mane cōsurgent ⁊ non inuenient me. Inueni
ent qdem dānati deu3: ⁊ nō inuenient. De
us. n. est in mūdo per mia3. in celo p gl'ia3:
in inferno per iustitiam. Non poterunt igi
tur ipsum inuenire vt miseratore3: q2 hoc
mō inuenitur in mūdo. Nec vt gl'ificatorē:
quia hoc modo inuenitur in celo. Sed vt
iudicem ⁊ tortorem: quia hoc modo est in
inferno. Usque in presentiarum o concubi
narie tenuisti femina3. Caçela via. O vsu
rarie fine vsuras. O odiose parce inimico.
O auare bene fac. Et sic prattica prout vr̄.
Ad eph. 4. Renouamini spiritu mentis ve
stre. Et. i. Re. 2. Recedant vetera de ore ve
stro. Sed non sunt renouati: qui non sunt
hodie communicati. nec cōfessi. Quō ausus
es hodie accedere ad mensam sine cōione

o poltronazo, o gaioso. Uideo te o ribaldo

¶ Sexta ratio ⁊c. Ut impleantur figure ꝓphetarum. Que sunt principaliter due.

Prima de Jona propheta: qui missus fuit a deo ad predicandum Niniuitis. sed renitebantur diuine voluntati. Bene: misit se in naui: ⁊ a nautis missus est in mare in ventre ceti. Ubi stetit tribus diebus. ⁊ totidem noctibus. ⁊ postea resurrexit. Moraliter. Jonas est christus qui missus ē a deo ad predicandum peccatoribus: sed timēs mortem nolebat. Mat. 25. Pater si possibile ⁊c. Respondit pater. Uolo ꝙ patiaris in cruce. In qua quidem mortuus est. Et in ventre terre stetit tribus diebus ⁊ noctibꝫ. His completis postea resurrexit. Unde patet prima figura resurrectionis xp̄i. Secunda fuit de Sansone. Jud. 16. Qui missus in carcere dormiuit vsq̄ ad mediaȝ noctē. ⁊ postea surrexit: ⁊ portas ciuitatis cū seraturis asportauit in montem. Moraliter. Sanson est xp̄s: in carcere terre positus sed in nocte media. i. versus auroram. duas portas. idest animam ⁊ corpus asportauit in montem celi empyrei quando hodie surrexit. O xp̄o feroce. O leone terribile. O robatore de strata. Robo lo lymbo di sancti padri. chi dormiano. E como leone rugiente leuauit vocem suam: cridando. Fora pregoneri. Ubi nota. Qđ xp̄s surrexit.

¶ Primo. velociter.
¶ Secundo. veraciter.
¶ Tertio. potenter.
¶ Quarto. patenter.
¶ Quinto. misericorditer.

Primo velociter. q̄ noluit differre vsq̄ ad finem mundi. vt nos faciemus: sed hodie vt esset figura nostre resurrectionis.

Secundo ⁊c. s. in corpore ⁊ anima. Tertio ⁊c. tam potenter ꝙ eius resurrectio fuit causa nostre resurrectionis. que fit in p̄senti. ⁊ que erit in futuro. Quarto patenter. i. manifeste. In ipsa die resurrectionis quinquies apparuit. Primo m̄ri que se macerabat in fletibus. Jo. 20. Secūdo mariis que erāt multum anxie. Mat. vlt. Tertio Petro. Luc. vlt. Quarto discipul'. eūtibꝫ i emaꝫ. Luc. vltᵒ. Quīto discipul' ꝯgregatis Lu. 20. Sexto miseris. q̄ apparuit tribulatis: vt eos consolaretur.

Secundum mysterium ⁊c. A quatuor generibus personarum fuit desiderata: vt habent Theologi.

¶ Primo a sanctis patribus.
¶ Secundo. a sanctis mulieribus.
¶ Tertio. a sanctis apostolis.
¶ Quarto. a sanctis angelis.

¶ Primo ⁊c. Q̄ cum stetissent in lymbo iam per. 6. millia annorum ⁊ sciuissent xp̄m natum per preconem Joannem bap. cum ingenti gaudio affectabunt ipsum videre. Hoc autem desiderium completum ē: quādo a carcere fuere liberati. Sed merito dubium queritur. Utrum fuit conueniens xp̄m ad lymbum descendere: ⁊ visitare illos patres: Respondeo ꝙ sic duplici ratione. Primo ratione sui. Hoc habet vera amicitia: vt non solum diligat t̄p̄e prosperitatis: sed etiā aduersitatis. Prouer. 7. Omni tempore diligit qui amicus est. Et in aduersitate magis cognoscitur amicis. Fuit ergo conueniens ⁊ legi amicitie consonās: vt visitaret tribulatos qui erant in lymbo ⁊ eos liberaret. Quod petebant Zach. i. Illuminare his ⁊c. Secundo ratione victorie. vt p̄fecte triumpharet de diabolo. Tūc. n. q̄s perfecte triumphat contra aliquem: quando non solum vincit eū in campo: sed aufert sedem regni sui: ⁊ domum suā. Christus triūphauit contra diabolum in cruce: ⁊ vicerat eum. Jdeo vt perfecte triumpharet de eo: voluit etiam auferre sedem regni sui. ⁊ ligare eum in domo sua: que erat infernus. Unde descendit ⁊ diripuit omnia sua. Unde. p̄s. Uincula eorum disrupit. Et alibi. Cōtriuit portas ereas ⁊c. Sed nota. Qđ ad quatuor loca descendit in hoc triduo. Primo ad locum damnatorum: et eos increpauit stans in porta inferni. O iuda. O chaym. O dānati qui indignos vos fecistis ⁊c. Secundo ad locum puerorum vbi non est ignis ⁊ eos confortauit: q̄ non erant de numero damnatorum. Tertio ad purgatorium. vbi est pena sensus: ⁊ dāni. Sed vtrum omnes liberauerit: an partem: Ad hoc est duplex opinio. Una dicit ꝙ sic. Quod probat tali medio. De rege coronato. qui omnes captiuos liberat. Et de papa nouiter creato. dat largas indulgentias

dulgentias. Ita chriſtus pater noſter. omnes liberauit a loco illo. Alia opinio eſt Tho. 3. par. q. 52. ꝙ non omnes: ſed tm̄ illos qui penitentiaꝫ compleuerant. vſqꝫ ad illud tempus. Si chriſtus de purgatorio nõ extrarit animas omnes: minus Franciſcꝰ: quod minores predicant. Videns lucifer ſpoliantem euꝫ locuꝫ: totus admirans petijt ab eo tria. Primuꝫ.

Quis erat?

Quid vellet facere?

Quãdiu vis hic habitare?

Ad primuꝫ chriſtus reſpondit. Non cognoſcis me? Ego tamen bene cognoſco te. Tu es lucifer. q mihi voluiſti equiperari. Qui Adaꝫ tentaſti. Qui me etiaꝫ in deſerto ⁊c̃. Qui ſeducis totuꝫ munduꝫ. Quãdo lucifer hoc intellerit. dixit. Mirum ꝙ non indicaſti ⁊c̃. Ego ſtabo: quantuꝫ Jonas ſtetit in vẽtre ceti per. 40. horas. Quid vis ⁊c̃? Reſpondit chriſtus. Volo te ſpoliare ⁊ impreſonare. Tunc lucifer dixit. Vere nõ facies. Et currit ad lymbuꝫ nuncians alijs aduentuꝫ iſtius. Tunc Diamas latro: cum cruce venit ad oſtium clamans. Attollite portas principes ⁊c̃. i. ſm Tho. O principes inferni auferte poteſtateꝫ veſtraꝫ qua hucuſqꝫ detinebatis animas patruꝫ in lymbo ⁊ tenebris recluſas. Reſpondit lucifer. Vere non faciaꝫ. Cui latro. Per el ſangue de chriſto. Per lo capo. Per lo corpo. Per la croce de chriſto: ingrediar hunc locum. Audientes ſancti patres has voces in quinqꝫ proceſſiones venerunt ſupplicare xp̄o: ſuſcitaret. ⁊ eos educeret. Prima patriarcharuꝫ. Adaꝫ. Mathuſaleꝫ. Noe. Abraaꝫ. Iſaac. Jacob. d. p̃s. Surge domine in regem tuã ⁊c̃. O ieſu. Secũda prophetarũ Moyſes. Samauel. Jere. Iſa. Dan. Baruch. d. Exurgat deus ⁊ diſſi. ⁊c̃. Tertio ſacerdotes. Aaron. Eleaçar. Melchi. d. Exurge domine adiuua nos. Quarta regum Dd̃. Joſue. Caleph. Exurge quare obdormis ⁊c̃. Quinta mulieres. Eua. Rebecca. Rachel. Maria. Micol ⁊c̃. Reſpondit chriſtus. Propter miſeriaꝫ inopum ⁊c̃. Tũc fracte ſũt porte inferni. ⁊ patres xp̄m videntes. d. Gloria tibi domine. qui ſurrexiſti ⁊c̃. O quantuꝫ gaudiuꝫ. quando viderunt ſe liberatos a loco illo: pleno tenebris ⁊ merore. ¶ Secundo a ſanctis mulieribus deſiderata. In euangelio hodierno dicitur. Qd̃ mulieres hodie valde mane venerunt ad ſepulturaꝫ cũ aromatibus vt vngerent euꝫ. Ubi notat̃ amor verus earum ad chriſtum. Pauci eniꝫ ſunt qui diligunt inimicuꝫ in vita: quia quaſi omnes amant amicuꝫ propter ſua. non propter ſe. Unde Ouidius. 2. de ponto.

Vulgus amicitias vtilitate probat.

Pauciores qui amẽt in morte. imo ſepe filij parentibus aduerſantur. ⁊ vxores viris ⁊c̃. quando in morte aliqua volunt ordinare. Pauciſſimi qui poſt mortem: q2 poſt modicum tẽpus obliuiſcuntur amicum. Iſte aũt ſãcte mulieres dilexerũt xp̄m in vita. q2 ſequebantur euꝫ predicantem. Luc. 8. Dilexerũt in morte. q2 ſociauerũt euꝫ in cruce pendenteꝫ. Jo. 19. Stabat aũt iuxta cruceꝫ mater eius. ⁊ ſoror matris eius: maria cleophe. ⁊ maria magdalene. Dilexerũt ẽt poſt mortẽ. ideo vnguenta parauerũt ⁊ venerũt ad ſepulchrũ vt vngerent ⁊c̃. Cõſuetudo erat iudeorũ vngere corpora mortuorũ: vt conſeruarent̃ a fetore. incineratione. vermiũ corroſione. Sed deuote mulieres erãt decepte: q2 cũ corpus eẽt imbalſamatũ deitate: ſi per mille annos iacuiſſet in terra: non potuiſſet putreſieri: nec corrodi a vermibꝰ. Sꝫ que erãt? Maria magdalena. Maria iacobi minoris. Maria ſalome. Sed quare. b. virgo non venit cũ iſtis mulieribꝰ? Reſpõdet Ber. triplici rõne. Prima q2 in paraſceues tm̄ ſe macerauerat ꝑ mortẽ filij ⁊ fleuerat: ꝙ pre nimia debilitate ſuſtinere ſe nõ poterat. Uñ ſm Ber. oportuit vt de loco paſſiõis inter manꝰ diſcipulorũ tanqꝫ mortua deferetur domũ. Scd̃a q2 non potuiſſet ſuſtinere videre ſepulchꝝ qn gladius doloris perforaſſet ⁊c̃. Tertia q2 ſciebat ipſum reſurrexiſſe ⁊ in monumẽto non eẽ. Cũ ergo irent ad monumentuꝫ: mutuo di. Quis reuoluet nobis ⁊c. Erat qppe magnus ⁊c. Inuenerũt lapidẽ reuolutũ. ⁊ iuuenẽ a dextris ſedentem. Quem videntes timuerũt. Sed querit̃ cũ tam ex etate iuuenili: qꝫ ex fulgore. ⁊ luminoſa pñtia. delectabilis ⁊ iucũda fuerit apparitio angeli: qũo mulieres fuerũt timore perculſe? Ad hoc ſacri docto. dicũt. Qd̃ hec eſt

differentia inter apparitionē boni ⁊ mali angeli. Qꝛ bonus angelus in principio terret ex suo fulgore in medio cōfortat ex sua allocutione. in fine letificat ex sua iocunda visione. Proprium autē mali angeli: ē terrere multū in pricipio ex sua apparitione. in medio terrere magis: ex sua allocutione. in fine terrere maxime: ex sua horribili visione. Sic fecit iste angelus bonus ad mulieres. In principio terruit. propter rem grandem ⁊ insolitam. tamen immediate confortauit. d. Nolite expauescere. Scio enim ⁊c. Ubi notādū ꝙ postq̄ angelus instruxit mulieres de resurrectiōe. ipse mente consternate abire ceperūt. nō capaces tanti mysterij estimarūt illū sublatū ⁊ positū in aliquo vili loco. Unde magdalena que amabat xp̄m ardentissimo amore supponēs p certo illū sublatū. cucurrit nūciare petro. ⁊ Jo. d. Tulerūt dn̄m de monumento. ⁊ nescimus vbi posuerūt eū. Illi cucurrerūt: sed Joānes citi⁹ cucurrit. ⁊ iclinauit caput i sepulchꝝ ⁊ vidit linteamina posita: nec tamen intrauit. Petrus ꝓueniens intrauit. ⁊ vidit linteamia ⁊ sudarium posita ad partem. Deinde ⁊ Joānes intrauit. ⁊ credidit qđ dixerat magdalena ⁊c. Contristati discipuli domū redierūt. Et magdalena cū mulieribus redierūt ad sepulchrum. A quo alijs recedentib⁹: Maria stabat ad monumentū foris plorans. ⁊ sic flens inclinauit se ⁊ prospexit in monumentum. Amanti semel aspexisse non sufficit: qꝛ vis amoris multiplicat affectū inquisitionis. Et vidit duos angelos sedentes. vnum ad caput. alterum ad pedes. Et dn̄t illi. Mulier quid ploras? Dixit eis. Tulerunt dn̄m meū ⁊ nescio vbi posuerunt eū. Hec dicens conuersa vidit iesum stantem: ⁊ nesciebat qꝛ iesus esset. Et dixit ei. Mulier quid ploras? Quem queris? O bone iesu desiderium anime sue. Quare iterrogas quid ploras? Quē queris? Illa pauloante oculis viderat te spē suam suspendi in ligno: ⁊ tu nunc dicis quid ploras. Illa die tertia precedente viderat man⁹ tuas quibus sepe benedicta fuerat. ⁊ pedes quos lachrymis rigarat clauis affigi: ⁊ nunc tu dicis quid ploras. Nunc corpus tuū sublatum estimat. ad qđ vngendū venerat vt se ꝯsolaretur. ⁊ tu dicis qd ploras: Quē queris. Tu ipse scis. ꝙ te solum querit. te solum amat. pro te oia contēnit. ⁊ tu dicis: Quem queris. Tu causa querele. tu cā plorat⁹. tu eam discipulam dilectam. totam ad te attraxisti. Illa estimās ꝙ esset ortulan⁹ dixit ei. Domine si tu sustulisti eū dicito mihi: qꝛ ego eum tollam. O admirabilis audacia mulieris. O maria. Si forte corpus positū esset in atrio principis sacerdotum: vbi Petrus calefaciebat se ad ignē. quid fecisses? Ego eum tollam. O constantia. O ardor flamantissime quo mens magdalene liquefiebat. Absolute promittit. Ego eū ⁊c̄. Dicit iesus. Maria. Hec vox penetrauit aiā eius. Et cognouit ꝙ iesus est: ⁊ dixit Raboni. i. magister. Et cucurrit ad pedes eius. Cui iesus. Noli me tangere. Nondum enī ascendi ad patrem meum. Et addidit dominus marie. Uade ad fratres meos ⁊ dic eis: Ascendo ad patrem meum ⁊ patrē vestrum: deum ⁊c̄. Statiq̄ disparuit. Et magdalena tota gaudēs illinc discessit vt iussa domini faceret. Eūdo inuenit socias i via: ⁊ dixit se xp̄m vidisse. in spē ortulani. Et reuertentibus illis occurrit xp̄s. d. Auete. Et iste tenuerūt pedes ⁊ adhrauerūt eū. Tūc ait iesus illis. Ite nūciate fratribus meis vt vadant in galileam. ibi me videbunt. O benignitas huius almi regis. qui relict⁹ in bello: suos formidulosos. fugitiuos. socios. qn̄ euasit noiat fratres. ⁊ promittit ostēdere nouitatem celestem in suo corpore. Et venit maria cum alijs marijs: annunciās discipulis. Quia vidi dominum et hec dixit mihi. ¶ Quarto a sanctis angelis. Qꝛ videbant sedes vacuas repleri per. s. pñest Unde heri cantauit eccl'ia. Exultet iam ⁊c.

T Ertium dicitur ⁊c̄. Utrū prius matri q̄ alijs apparuit? Respondeo ꝙ sic. Quod probatur triplici ratiōe.

¶ Primo. ratione doloris.

¶ Secundo. ratione testificationis.

¶ Tertio. ratione dilectionis.

¶ Primo ⁊c̄. Mater super omnes doluit: sup oēs cōsolari debuit. Sꝫ poltrones euāgeliste non faciunt mentionem de apparitione hac. Et forte ob hoc: ne suspectum eēt

testimonium

testimonium matris de resurrectione filij. ¶ Secundo ratione ⁊c. Ambro. li°. de virginibus. Vidit maria resurrectionem domini: ⁊ prima vidit ⁊ credidit. In huius signum: papa facit hodie primam stationem ad sanctam mariam maiorem: per hoc innuens sancte marie fuisse factam primam apparitionem. Quod iustum fuit. ¶ Tertio ratione ⁊c. Super omnes dilexit filium: ideo super omnes meruit consolari de resurrectione. Contemplari possumus quod expectabat resurrectionem: sed ignorabat horam: vtrum in nocte media: an in aurora. Inuenit. ps. 56. vbi loquitur in persona patris. Exurge gloria mea. Jo. 8. Ego gloriam meam non quero: sed eius qui misit me. Exurge psalterium ⁊ cythara. Et christus respondit. Exurgā diluculo. Inuenit. ps. 107. Exurgam diluculo. Inuenit tertium testē. Osee. 6. Quasi diluculum preparatus est egressus eius. Maria tota leta: notificat magdalene. Preparant locum filio. Altercatio facta est quis debebat ire ad matrem nunciare hanc resurrectionem. Adam dixit. Mihi icumbit. quia fui causa mali: ita econuerso. Respondit christus. Comedisti eus: forte in via morareris ⁊c. Abel similiter. Respondit christus. Non vere: quia inuenire chaym posses. qui te ⁊c. Noe mihi incumbit. Non ibis: quia bibis libēter. Venit Joannes bap. ego ibo. Non vere: quia habes indumentum de pilis. Et latro: ad me pertinet. Non: quia habes tibias fractas. Missus est angelus qui cantare cepit. Regina celi letare alleluia: quia quem meruisti portare alleluia. resurrexit sicut dixit alleluia. Et statim christus affuit cum omnibus sanctis. Virgo flexis genibus adorare cepit. O caput sanctum. O brachia. O pedes. O membra delicata: que a iudeis sunt tam dure percussa. Alij sancti dixerūt illud Judith. 15. Tu gloria hierusalē. tu letitia israel: tu honorificentia populi nostri. Latro autem pro omnibus sanctis erga matrem: cantauit hanc laudem.

O madre de virtu. o dea eterna.
Che tu portasti quel fiol si degno.
Che laspra morte sustene in sul legno.
Per la oscura campar da noy cauerna.
Tu sey del mundo e del ciel lucerna.

¶ Feria. 2. pasce. De gloria paradisi. sermo magnus.



Tu solus peregrinus es in hierusalem. Luce vlt°. ¶ Refert Lucas duos ex discipulis idest ex septuaginta discipulis. quorum vnus vocabatur Cleophas. Alius Lucas qui suum nomen tacent. ibant ipsa die .s. resurrectionis in castellum quod erat in spacio stadiorum sexaginta ab hierusalem: nomine Emaus. Glosa sedeci stadia faciūt vnā leucam. Albertus stadium facit. 125. passus ⁊. 60. stadia faciunt septem milliaria ⁊ quingētos passus. Vnde castellum hoc distabat ab hierusalem septem milliaria cum dimidio. Et loquebātur adinuicem de omnibus que acciderant. Et dum fabularentur ipse iesus appropinqans ibat cum illis. Oculi eorum tenebantur grauati. Glosa: quia incredulitas eorum merebatur: quod christus cognitionem sui corporis ab eis retardaret. Et ait ad illos. Qui sunt hi ⁊c: Respōdit Cleophas. Tu solus peregrinus es in hierusalem ⁊ non co. que facta sunt in illa his diebus: Glosa. Solus peregrinus. q. d. Cū multi peregrini his diebus venerint i hierusalem: mirū est quod solus inter eos peregrinos ignoras ea que sūt nota omnibus. Christus fuit peregrinus quo ad tria. Que peregrini solent habere.

¶ Primo quo ad habitum quē assumpsit.
¶ Scdo quo ad hospitia que intrauit.
¶ Tertio quo ad insignia que reportauit.

¶ Primo quo ad habitum. Peregrinus quatuor secum portat. Primo sclauinam. Secundo scarsellam. Tertio pileū. Quarto baculum. Sic christus. Primo sclauinam. i. carnē quā mater virgo in suo vtero fecit. Que habuit triplicem colorem. Primo fuit alba per puritatem virginalem. Apoc. 19. Vidi ⁊ ecce equs albus. Secundo rubea per sanguinem in cruce. Isa. 52. Quare rubrum est indumentum tuum. Tertio autem nigra. Quū i cruce pallidus ē effectus. Isa. 52. Cuius liuore sanati sumus. 2° hūit scarsellā: que fuit eius aia plena auro grā ⁊

glorie. Tertio habuit pileum: idest coronam spineam. Quarto habuit baculuz: idest crucem. Unde dicitur Tu solus peregrinus es: scilicet quo ad habitum. ¶ Secundo pegrinus quo ad hospitia ꝛc. Tria solent habere hospitia peregrini. Aut ter ingredi. Primo hora tertie ad prandẽduz. Secundo in meridie ad bibendũ ꝛ postea ad quiescendum. Tertio in sero ad cenandum ꝛ dormiendum. Sic christus habuit tria hospitia: vt peregrinus. Primũ fuit vterus virginis. in quo itrouit hora tertie idest tempore gratie. Cum sit triplex tẽpus scilicet nature. scripte. et gratie. In quo introiuit in meridie: vbi bibit quando dixit Sitio. Et ibi requieuit: quando inclinato capite tradidit spiritum. Tertium fuit sepulchrum: ibi dormiuit. Unde ps. Ego dormiui ꝛ soporatus sum. ¶ Tertio fuit peregrinus quo ad insignia que ꝛc. Solent pegrini portare quedam insignia super pileũ ꝛ personam. Ad ostendendum ꝙ suuz iter compleuerũt: vt homines citius moueantur ad compassionem. Sic christus ad patrem rediens: q꜔ compleuerat suaz peregrinationez: insignia idest cycatrices retinuit in suo corpore. Quod fecit triplici ratiõe secundum Tho. 3. p. q. 54. ar. 4. Alexan. de ales. 3. par. sũ. Primo propter ostensiõez paterne obediẽtie. Pater sibi cõmisit vt genus humanum sua passione redimeret. Ut igitur patri ostenderet: ꝙ opus sibi iniunctum ꝯsumauerat. cycatrices retinuit. Jo. 17. Opus consumaui quod dedisti mihi vt facerem. Secundo in prouocationez paterne misericordie. vt scilicet his patri ostẽsis. ipsum ad misericordiam ꝓuocet. ꝛ misericordiaz ipsam nobis impendat. Cycatrix est quedã intercessio pro nobis ad patrem.

Tertio i signũ excellentis victorie vt secum deferat semper insignia sue gloriose victorie. Ille cycatrices sunt in xp̃o: nõ in deformitate sed in magna pulchritudine. Sicut est honor militi de prelio reuertenti: deferre secum scutum fractũ. sic est honor xp̃o deferre secum gloriosum triumphũ sue victorie. Tu solus peregrinus es. Quibus dixit. O stulti ꝛ tardi corde ad credendum in oĩbus q̃ locuti sunt ꝓphete. Nõne oportuit pati xp̃m: tum ꝓpter patris preordinationem: tum ꝑꝑ humanã redẽptionem: tuz propter scripturaꝝ impletionem: Et interpretabatur illis scripturas a moyse ꝛ oĩbus ꝓphetis. Et appropinquauerunt castello: quo ibant. Et ipse finxit se longius ire. Glosa. Nõ fuit ibi aliqua falsitas: q꜔ fuit ibi talis fictio ad designandũ veritatem. s. distãtiam eius a cordibus eoꝝ. propter fidei defectũ. Tales. n. apparitiones vt cõiter fiũt ꝺm dispositionem interiorem illoꝝ quibus fiunt. Ber. Simulabat se longius ire: nõ q꜔ nolebat sed q꜔ audire volebat Mane nobiscum dñe. In quibus verbis ad consolationem nr̃am volo predicemus de beatitudine: vel de gloria paradisi. De qua tra videbimus.

¶ Primũ. dicitur verificationis.

¶ Secundum. dicitur modificationis.

¶ Tertium. dicitur acquisitionis.

P Rimũ dicit̃ ꝛc. Utrum in hac vita possit esse nr̃a beatitudo: nr̃a felicitas: ꝛ nr̃ paradisus: Circa hoc due sunt opiones. Una dicit ꝙ sic: alia ꝙ non. Prima ꝙ sic: que fuit positio antiquorum phoꝝ.. Et pro fundamento assumunt verbum Salomonis. Eccl's. 3°. Unus est hois interitus ꝛ iumentoꝝ: ꝛ equa vtriusq꜒ conditio: sicut morit̃ hõ: sic ꝛ illa moriunt̃. Et in. 5. c. Hoc itaq꜒ visum est mihi: vt comedat quis ꝛ bibat: ꝛ fruatur letitia et labore suo. Ille. Unde dicũt plures. Morto el corpo: morta lanima.

¶ Alia opinio dicit ꝙ nõ: sed i celo. Mat. 5. Merces ingt vestra copiosa est in celis. Ad hanc difficultatẽ. Rñdeo ꝙ hic nõ põt haberi nostra beatitudo. Qđ probatur tripl'r. Primo rõe. Scđo auctoritate. Tertio figura. Primo rõne que dr̃ insatiabilitatis. Cõclusio est Tho. 1. 2. q. 5. ar. 5. cũ beatitudo sit pfectũ ꝛ sufficiens bonũ. Oẽ malũ excludit: ꝛ oẽ desideriũ implet. Ille. Et Bon. in. 4. dis. 49. Beatitudo est finis satians appetituz hois. Boe. 3. de ꝯsolatione. Beatitudo est status oium bonoꝝ aggregatione pfectus. Sed talis status non põt haberi in hoc mundo. Igit̃ hic non est nr̃a ꝛc. Qđ in hoc mundo talis nõ reperiatur status. pꝫ si consideremus appetitũ hois in presenti seculo insatiabilẽ. Discurre p oẽs status: neminẽ inuenies pfecte cõtentum.

Secundum

Secu͂dm sententiaȝ Alber.super Luc. Septē
sunt desideria hominis que minime habe/
ri possunt. Primum est scientia sine igno
rantia. In.i. Metha. Omnes homines na
tura scire desiderāt. Cicero in.i. de off. Om
nes eniȝ ducimur ꝛ trahimur ad cognitio
nis ꝛ scientie cupiditatem: in qua excelle/
re pulchrum putamus. Ex hac causa. Mit
tis filium tuum ad studia Padue. Papie.
Bononie. Parisius. Perusij ꝛc. vt discat.
Hanc cupiunt non solum homines sed mu
lieres etiam. Que litterali sermone dicunt
patri spu͂ali. Confiteor deo. beate Marie.
beato francisco ꝛc. Ex hac scientia antiqui
philosophi perlustrauerunt totam italiam:
vt nouam adiscerent scientiam. Unde Ua
le. Rubrica de studio ꝛ idustria: dicit de phi
losophis antiquis: ad propositum scientie.
Primo de Solone philosopho. Qui in fine
sue vite, amicis assistentibus ꝛ querentib9
adinuicē de aie exitu: caput erexit. Interro
gatus quarē hoc fecisset. Ru͂dit: vt illud adi
scereȝ anteq̃ͣ ex hac vita migrareȝ. Prete/
rea sapiens Demosthenes: cum expletis
centum annis se mori cerneret: fertur dixis
se. Se dolere ꝙ tunc egrederetur ex hac vi
ta: cu͂ sapere cēpissȝ. Preterea Apollonius
philosophus: qui discurrit. 19. prouincias
causa adiscendi. Non imerito: q2 vt dicit
Macro. in li°. saturnalium. Sine doctrina
vita hominis: est quasi mortis imago. Et
phs. i. Eth. Qui neq3 ipse intelligit: neq3 ali
um audiens in animo ponit. hic inutilis
natus est. Et Sen̄. Sine litteris eger ē ani
mus: ꝛ nihil turpius q̃ͣ nescire. Sed istud
desiderium non potest complete saciari. Q2
scientia hominis est mixta cum ignorantia.
Totus mundus studet in. c. illo de ignoran
tia: q2 est maior q̃ͣ sciētia. Unde Isa. i. Ui
num tuum: mixtum est aqua. Prouer. pen.
Sapientia non est mecum. Et Hiero. Nos
pulices ꝛ vermiculi: scientiam nostram in
scientiam profiteri debemus. Et Mercuri
us termegistus. Maxima pars eorum que
scimus: minima est eorum que ignoramus
Desiderium autem istud saciabitur solum
in gloria. Unde paulus appens Thome. d.
Ueni mecum ꝛ ducam te ad locuȝ vbi ple/
niorem omnium habebis scientiam. Se

cundum est sanitas sine ifirmitate. O quā/
tum bonum est hoc. Ex hac homo mittit p
medicinis. dietas facit. Sȝ hic perfecte nō
habetur. Job. 15. Homo natus de muliere
breui viuens tempore repletur multis mise
rijs. Dolor capit̄. stomachi. ꝛc. Ecclesiastes.
2. Cuncti dies eius pleni sunt erumnis: nec
per noctem quidem requiescit. Sene. Ueni
ꝛ ostendam tibi q̃ͣ male se habeat hoc cor/
pus. Nunc de capite. nunc de faucibus con
queritur. Ille. Et Lactan. 3. c. 12. Hec vita
presens beata esse non potest. quia multis
malis subiecta est per corpus. Sed hoc desi
derium saciabitur in patria. O Dauid qd
dicis: Qui sanat infirmitates tuas. Ter
tiuȝ est vita sine morte. In scd̄o de anima.
Omnia appetunt diuinum esse: propter p/
petuitatem. Job. 2. Pellem pro pelle ꝛ cu͂/
cta que habet homo dabit pro anima sua.
Omnibus placet viuere: sed omnes mori/
mur. Ad hebr. 9. Statutum est omnibus ho
minibus semel mori. Ecclesiastes. 2. Mori/
tur doctus pariter ꝛ indoct9. Ecclasiastici.
38. Mihi heri ꝛ tibi hodie. Petrar. 3. triu͂p.
O ciechi el tanto afficar che gioua:
Tuti ritornati ala v͂ra grā madre anticha
Et el v͂ro nome a pena si ritroua.
In verbo. O ceci. Homo laborat ad plura:
postea moritur. Exempluȝ philosophi. Qui
domuȝ noluit edificare: quia mortalis erat
Sed hoc desiderium in patria saciabitur.
Isa. 25. Precipitabit dominus mortem in
sempiternum. Quartum est gaudium si
ne tristitia. Unde philosophus. 8. Eth. Na
tura maxime fugit tristitia: ꝛ appetit dele/
ctabile. Quia vt dicitur. Prouer. 17. Spiri/
tus tristis exiccat ossa: animus autem gau
dens facit vitam floridam. Quando homo
est tristis nunq̃ͣ dicit Aue maria: aut Pa/
ter noster. cum bona fantāsia. In presenti
vita non habetur verum gaudium. Melā
colia de filijs. de amicis. de diuitijs. Istud
desiderium quietabitur in patria. Jo. 14.
Tristitia v͂ra vertetur ꝛc. Quintum desi
derium est pax sine turbatione. Dio. i. de
diui. no. Omnia que fecit summus opifex
deus. pacem desiderant: ꝛ in pace quiescu͂t
Et Th. 22. q. 23. ar. 2. probat ꝙ omnia pa/
cem cupiunt. Unde natus in mundo canta

ri fecit. Gloria in altissimis deo: ⁊ in terra
pax hominibus bone voluntatis. Et si dice
res. O pater: soldati nolunt pacem. Respõ
deo ꝙ volunt bellum: vt ponant pacem in
bursa. In presenti vita: non est pax. Bellū
est inter patrem ⁊ filium. matrem ⁊ filiam.
proximum ⁊ proximum. nõ si parleno. Istd
autem desideriū pacis in patria erit. Isa.
3l. Sedebit populus meus in multitudine
pacis. Sextum est libertas sine seruitu-
te. Poeta. Non bene pro toto libertas ven-
ditur auro. Iulius Celsus. ff. de regulis iu
ris. Inestimabilis res est libertas. Et. ff. de
fideicom. libertatibus. l. par. Nõ prestatur
aliquid gratius libertate. Et canzone ceci-
liana. Canta. Sorella mia tu ai rasone: e
ben dice la verita. Che non ge mazor cosa
cha liberta. In presenti sumus serui. Qui-
dam diuitiarum: che non se incaleno a vi-
uere. Quidam libidinis. Quidam peccato
rum. Io. 8. Qui facit peccatum seruus est
peccati: Sed hoc desiderium in patria ge-
stabitur. Ad Ro. 8. Ipsa creatura liberabi-
tur a seruitute corruptionis in libertatem
filiorum dei. O libertas. Septimum est
abundantia sine paupertate. Omnes fugi
unt naturaliter penuriam: ⁊ cupiunt rerū
abundantiam. Sed in presenti nemo con-
tentus diuitijs. Unde Boe. libro de philo-
sophica conso. Nemo est enim tam compo-
site felicitatis: vt non aliqua ex parte cum
sua fortuna rixetur. Et Sene. Omnis for-
tune felicitas instabilis est. Uoca nudum
⁊ pete. vtrum contentus sit: Non inquit:
q2 nudus. Or oltra. o diues es contentus:
Non inquit: quia vellem sic ⁊ sic. Prete-
rea dic de ciue priuato: dic de muliere: que
nubi vellet ⁊c. Dic de duce Mediolani: ⁊
Uenetorum. Preterea de diacono: q mis
sam suam vellet canere. Nemo est conten-
tus. Si est sanus: est pauper. Si diues: est
infirmus. Si diues: est fatuus. Ueni o Sa-
lomon quid dicis. In lib. 3°: Respondet in
pluribus capitulis. Quinq3 habuit Salo-
mon super omnes creaturas. Primo de au
ro. Introitus enim annualis erat: qua-
tro milioni: cinq3cento millia e quatrocen-
to quaranta ducati: sine alijs rebus. Secū
do de argento. Ecclesiastici. 47. Collegisti
argentum quasi auricalcum. Tertio de sci
entia. Qui locutus est. 3000. parabolas.
5000. carmina. Disputauit de naturis re-
rum. Quarto de fama ⁊ opinione in toto
mundo. 3. Re. 4. Salomon erat nominatus
in vniuerso. Unde ⁊ regina Saba: audita
eius fama: venit ⁊ dixit ei. Maior est sapi-
entia tua q̃3 rumor quem audiui. Quinto
de eius luxuria. 3. Re. xi. Fuerunt ei vxores
quasi regine. 700. Concubine. 30. Can. 6.
Adolescentularum non erat numerus. Si
quid dicis de his omnibus o Salomõ Ec-
clesiastes. 2: Repperi in omnibus vani. ⁊ af
flictionem animi. Uanitas vanitatū ⁊ om-
nia vanitas. Figura. Io. 4. De christo qui
samaritane dixit. Qui biberit ex hac aqua
sitiet iterum. Pro qua Tho. 1. 2. q. 23. ar. 2.
intelligitur delectatio rerum temporalium
que sunt insaciabiles. Unde Alexander d
quo Uale. li. 8. c. 15. Audiens disputare plu
res esse mundos: prout etiam ponit Ana-
xarchus ⁊ Democrytus. amare fleuit: eos
s. non submisisse suo iperio: quasi nõ cõten
tus. De ipso Iuuẽalis in. x. satyra sic dicit.
Unus pelleo iuueni non sufficit orbis.
Estuat infelix angusto limite mundi.
O insaciabilitas huius seculi. Unde phi-
losophus. In. 9. Politic. Teste deo: in re-
bus exterioribus non est felicitas. Et in. 1.
Politi. Desiderium diuitiarum vadit in in
finitum. Ideo Tullius in libro parado-
xarum. Nunq3 ego hercle: neq3 pecunias
istorum: neq3 tecta magnifica: neq3 opes:
neq3 imperia: neq3 eas quibus maxime ab
stricti sũt voluptates: in bonis reb9 aut ex
petendis esse duxi. Quippe cum viderem
homines his rebus circunfluentes: ea ta-
men desiderare maxime: quibus abunda-
rẽt. Neq3. n. explet vnq3 nec saciat cupi-
ditatis sitis. Unde cū istud desiderium nõ
possit quietari in presenti vita: non est hic
nostra beatitudo: sed in patria: vbi quieta
bitur homo ⁊ contentus erit. Dauid in psal
mo. Saciabor cum apparuerit gloria tua.
Quia gloria ⁊ diuitie in domo eius. Unde
patet primum.

Ecundum dicitur ⁊c. Conclusio est
s philosophi in lib. Icono. Oportet
vnumquodq3 loco suo poni. Omni
potens

potens deus locum mirificum ad habitandum nobis preparauit. vz. celum empyreum. De quo celo philosophi nihil sunt locuti. Ratio est Tho. in. 2. di. 2. ar. 1. Quia celum empyreum ratione naturali inuestigari non potest: cum non sit s̃m philosophiam naturalem: tamen scriptura illud exprimit. Geñ. c. 1. In pricipio creauit deus celũ ⁊ terram. Nicolaus de lyra exponit de celo empyreo: in quo est nostra gloria ⁊ beatitudo. Quod quidem erit gaudium inestimabile. triplici ratione s̃m doctores meos.

Prima est propter loci conditionem.

Scda ẽ propter glorie augmentationẽ.

Tertia est propter corporum glorificationem.

Prima propter ꝛc̃. Qui quidem tres habebit in se conditiones: propter quas redditur totus amenus. Jucundus. gratiosus. suauis.

Prima. q2 est luminosus.

Secunda. q2 est purus.

Tertia. q2 est magnus.

Prima quia est ꝛc̃. vt dicit Tho. in. 1. p. q. 66. ar. 3. Et Scotus in. 4. di. 49. Illud celum est lumine plenissimum: non sunt ibi tenebre ⁊ caligines: sed summa lux. Ista aũt lux causabitur quadruplici respectu. Primo respectu celi empyrei: quod est de se lucidum. Secundo corporis christi: quod est lucidissimum. De quo ecclesia. Sol iustitie christus deus noster. Tertio respectu marie: que est tota lucida. Unde quidam deuotus. O maria diana stella ꝛc̃. Quarto respectu aliorum sanctorum. De quibus. Mat. 13. Fulgebunt iusti sicut sol in regno patris mei. Hanc claritatem petebat Tobias al. 13. c. Beatus ero: si fuerint reliquie seminis mei ad videndam claritatem hierusalem. Unde dicunt doctores. Quod si possibile esset q homo videret scintillam illius glorie: omnia certe despiceret propter hoc. Figura de Petro Math. 17. Cum eẽt super montem thabor: ⁊ vidisset christum transfiguratum: exclamauit. d. Domine bonũ est nos hic esse ꝛc̃. Sed quare non nominauit se de mansione facienda. Cum dicat philosophus. 9°. Eth. Unusquisq̃ sibiipsi amicus est. Et apostolus ad Ephe. 5. Nemo enim vnq̃ carnem suam odio habuit? Respondet dominus Alber. mag̃. Quia viderat visionem illam: ebrius factus super hoc: obliuioni se tradidit. ps. Inebriabuntur ab vbertate domus tue. Si ergo petrus tantum fuit extra se. in presenti seculo. O quid est in patria? Ideo apostolus raptus ad tertium celum. exclamauit. dicens. Cupio dissolui ⁊ esse cum christo. Secunda conditio: quia purus. Non erunt ibi peccata: non odium: non discordia: non aliquod malum. Quia nemo cum macula corporali eo tendit. Unde semel Dauid raptus: petiuit a deo. d. Domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Dictum est illi. Qui ingreditur sine macula. Apoc. 13. Sine macula enim sunt ante sedem dei. Et operatur iustitiam. O mercator. O citadino. Saluãtur qui iustitiam agunt. Sed heu q2 pauci saluabuntur: quia non faciunt illam. Ecce secunda conditio quõ locus ꝛc̃. Tertia conditio quia magnus. Magnitudo apparet ex consideratione inferiorum rerum. Dicũt naturales philosophi. q aqua in decuplo est maior terra. Aer in cẽtuplo est maior terra. Ignis in millecuplo. est maior terra. Terre autem circulus: reuolutiõis ẽ. 24. millia milliaria. Uenias aũt ad planetas. Spera Lune: est maior. x. millibus terra. Spera Mercurij est centum millibus. Spera Ueneris. vno millione. Spera solis. dece millione. Spera Martis centum milliõe. Spera Juppiter mille millione. Spera saturni: dece mille millione.

Preterea: est octauum celum. s. stellarũ. Quod scdm philosophos dicitur primum mobile: est maius terra cento mille millione. Est nonum celum. s. cristallinum. Est vltimo empyreũ: quod nunq̃ mouetur: sed semper quiescit. Istud dicitur aula regalis regis dei. Preterea est stella in firmamento que terram precedit magnitudine sua vltra modum. Unde stella magorum si fuisset de illis creatis a principio mundi: totã terram cooperuisset. Ideo Boe. 2. de Conso. Ois terre circuit9 ad celi spaciũ ꝓpat9 pũcti rõni obtinet. Et Jere. admirat9. d.

O israel: q̄ magna est domus dei: ⁊ ingēs locus possessionis eius: magnus ⁊ non hn̄s finem. Qui locus vt dicit Tho. 2°. dis. 2. datus est potius pro hominibus: q̄ pro angelis q loco nō indigēt. ¶ Secunda ratio: est propter glorie augmentationem. Que gloria augmentabitur triplici ratione: vt doctores dicunt.

Primo. ex societatis multitudine.
Secundo. ex societatis nobilitate.
Tertio. ex societatis amicabilitate.

Primo ⁊c̄. O quot sunt sancti in celo. Job. 15. Nunqd est numerus militū eius? Et filius loquitur patri. Dinumerabo eos: ⁊ super arenam multiplicabuntur. De istis Jo. Apoc. 7. hodie in epistola. Uidi turbaꝫ magnam quam dinumerare nemo poterat ex oībus gentib⁹. ⁊c̄. Ex tribu iuda duodecim ⁊c̄. Ubi enumerat. xij. tribus. Preterea Hiero. i martyrologio suo. d. Quotidie posset fieri festum quinq̄ millia martyruꝫ: exceptis alijs. O quod ꝟgines. O quot cōfessores. O quot coniugati. O quot sancti sunt ibi. Preterea: quid dicam de numero angelorum? Ubi dicit Alber. in. 2°. lib. Cōpendij theologie. c°. de casu locali angelorum. Quod. 9. sunt chori angelorum. Et quilibet chorus diuiditur in. 6666. legiōes angelorum. Secundum Alber. Legio facit angelos. 6000. Un̄ in summa. 6666. Legiones faciunt. 996000. idest trētanoue millioni noue cento nonanta sei mille. Nec mi p. o citadini. Quia vt dicit Tho. i. par. q. i. 13. Et Dama. in. 2°. di. 3. c. 4. Angeli nō solum dant hominibus in particulari sed omnib⁹ creaturis in sua spē. Omnibus equis i sua spē. omnibus bobus in spē sua. omnib⁹ formicis in specie sua. Et sic de singulis. Sꝫ si quereres anima mea. qui sunt in maiori numero boni an mali? Respondet Tho. i. par. q. 63. ar. 9. ꝙ boni. Preterea de pulchritudine angelorum. dicit Tho. i. parte. q. 50. ꝙ quilibet angelus facit suā speciē. ⁊ differt vnus ab alio: sicut capra a leone. ceruus a lupo: ⁊ minor angelus supat oēm pulchritudinē rerum temporaliū. Et vnus alium precedit decuplo. Secunda ratio ⁊c̄. In presenti sumus oēs rustici. filij ade: vilani: q costas habebat latas quatro braꝫa. O pater in domo mea fuerūt homines probi. Caualieri. Conti. Nō sic. sumus omnes rustici. Dauid in ps. Ego seruus tuus sum. ⁊ filius ancille tue. Et philosophus in ethicis. Natura humana multipliciter est ancilla. Sed in paradiso erimus omnes ciues paradisi. Ad Eph. 5. Jam non estis hospites ⁊ aduene: sed estis ciues sanctarum ⁊ domestici dei. Canta omnino. Ubi dicit Scotus in. 4. dis. 49. Qd rex glorie se mouebit in patria cum sanctis suis sicut rex i solio suo. O quam mirabile erit videre deū facie ad faciem. Deficit sensus: non sufficit intellectus. Ideo Ber. O quantum gloriosum est regnum illud in quo reges terre cōgregati sunt: ⁊ conuenerūt in vnum: ad laudandum ⁊ glorificandum eum qui est rex regum ⁊ dominus dominantium. Tertia ratio ⁊c̄. In patria cessabunt omnes ꝟtutes. vna excepta scilicet charitas. p̄. Ad Corin. 13. Charitas nunquaꝫ excidit. Que tanta est in beatis: vt dicit Scotus in. 4°. dis. vltia: vt vnus participet de bonis omniuꝫ. Et quamuis naturali amore quilibet plus se diligat q̄ alium: Iuxta illud philosophi. 9. ethicoruꝫ. Unusquisq̄ sibi ipsi vult bona tamen erit tanta dilectio ꝙ quilibet non minus volet pro alio bona q̄ pro se ipso. Unde patet secunda ratio principal'. ¶ Tertia ratio est propter glorie corporuꝫ ⁊c̄. Secundum Tho. in. 4. di. 49. Scotum in eadem. Quattuor erunt dotes corporis glorificati. Sicut filie datur dos. sic deus corpori.

Prima. dicitur dos claritatis.
Secunda. dicitur dos subtilitatis
Tertia. dicitur dos agilitatis.
Quarta. dicitur dos impassibilitatis.

Prima dicitur ⁊c̄. Corpus glorificatuꝫ: totum paradisum illustrabit. Et lumen stellarum. solis. lune. modicuꝫ erit: respectu corporis iesu ⁊ aliorum sanctorum. Ubi dicit Th. ⁊ Scotus vbi supra. Qd si poneretur sol ab vna parte mundi: ⁊ corpus gloriosuꝫ ab alia: sine comparatione magis luceret corpus glorificatum. Et si corpus glorificatuꝫ: esset in celo: ⁊ tot essent soles quot stelle sunt in firmamento. adhuc millesies esset clarius corpus gloriosuꝫ: ⁊ sua claritate extingueret

tingueret omnes soles. Secunda dos ⁊c. Subtilis est aer, qui trāsit per parua foramina. Subtilior est radius solis, qui per fenestram vitream intrat. Sed pre omnibus subtilius est corpus gloriosum quod penetrabit sine fractura omnes muros: sicut christus. De quo Jo.20. qui ianuis clausis trāsiuit ad discipulos. De quo Dauid. In nomine tuo transgrediar murū. Tertia dos ⁊c. In instanti quocūq; volet accedere: ibi erit: ⁊ in momento transiliet de oriente i occidentē. Valde currunt equi, aues volāt, sagitta transit. Sed velocius corpus beati erit de vno loco ad alium locum. Ubi dicit Sco. ꝙ beati ex fortitudine leuabunt agiliter montem sicut festucā de terra. Quarta dos ⁊c. Quia nullum malū patientur. non doloris capitis, non stomachi ⁊c. Et si corpus esset in fornace ignis nō posset vri, non aqua noceret, non aliqua res mundi. Et hec est gloria corporum de dotibus ipsius corporis hominis. Preterea glorificabuntur omnes sensus. Primo visus in videndo christū iesum. Hester.15. Valde mirabilis es domine: ⁊ facies tua plena est gratiarum. Gaudium fuit regine Sabbe videre faciem Salomonis. Gaudium Simeoni videre christū oblatum in templo: sed maius christum videre facie ad faciem in patria, in qua visione omnia intelligent. Secundo auditus audiendo dulces cantus in patria. Can.2°. Vox tua dulcis ⁊ facies tua decora. Si delectat audire diuersitatē sonorum: arpe: chitarini: multo plus li canti del paradiso. Ualerius recitat ꝙ pythagoras philosophus cum sono fistule extinguebat vitia ⁊ luxuriam hominum. Cum quadam vice quidam iuuenis Tauronitanus nomine esset accensus libidine ⁊ ad meretricem accessisset: Pythagoras philosophus audiens, ad ostium meretricis accessit, ⁊ psalterio canere cepit: ita dulciter ꝙ iuuenem relicta meretrice ad sanam mētem reuocauit. Si hoc egit sonus materialis: plus erit paradisi. Aliud exemplum. Cum quidam sanctus esset in exitu mortis affuit Michael qui rogabat eum, scilicet animam illius sancti patris vt de corpore exiret que timens, exire nolebat. Cum clamaret ad dominū. Misit Dauid cum cythara ⁊ cantoribus celestis patrie hierusalem: quorum cantus audiens anima qui dicebant ei. Leuate su ormay anima mia. Che aspetata sei i el celeste regno. In cantu florentino. In hec verba exiuit cū gaudio in eterna vita. O gloria beata. Aliud exemplum, cum Franciscus grauiter infirmaretur: pre dolore fratrem aduocauit: cui precepit vt modicū pulsaret cytharam, ne mens eius tedio afficeretur. Uidens autē piissimus deus seruū suum fessum dolore: misit angelū qui cantilenis ei sonaret. Sonauit.1°. Sonauit.2°. Tanta.n. dulcedine fuit repletus: ꝙ si.3°. iterū sonasset anima extra corpus exhalasset. De cantu isto Tobie 13. Per omnes vicos hierusalem: alleluia cantabitur. Uide quanta leticia erit. Tertio tactus. In tangendo christū beatum. Canti.3. Tenui eum nec dimittam. Et spōsa. Canti.1°. Osculetur me osculo oris sui. O sponso mio benedeto. Quarto gustus: quia suauis est qui ipsum spiritualiter gustat. Sap.xij.c°. O q̄ suauis est spiritus tuus in nobis. Unde sancti ieiunabant: quia erant cibati cibo temporali. Dominicus in xl. pane ⁊ aqua. Catherina sine cibo materiali. Quinto odoratus in christi redolentia. Can.1. In odore vnguentorum tuorum currimus. Unde Anselmus in libro prologiō. c°.14. Excita te nunc o anima mea et erige totum intellectum tuum: ⁊ cogita q̄tum potes, quale ⁊ quantum sit illud bonum. Si enim singula bona delectabilia sunt: cogita intente quantum delectabile illud bonum: quod continet iocunditatem omnium bonorum. Ille. Prattica super verbo Anselmi: de mundi contemptu: et ꝙ homo despiciat oia propter deum.

t Ertium principale dicitur ⁊c. Acquiritur autem hec gloria: quinq; modis figurati per illā scalam quā Jacob vidit. De quo Gen.28. Que scala spiritualiter est via per quā ascendimus per quinque gradus qui sunt.

¶ Primus. dicitur aduersi toleratio.
¶ Secundus. dicitur cordis purificatio.
¶ Tertius. dicitur pacis reformatio.
¶ Quartus. dicitur lachrymarū infusio.

¶ Quintus. dicitur elemosynaꝝ largitio. ¶ Primus ⁊c̃. Matth.5. Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiaʒ: quoniam ipsorum est regnum celorum. Nõ credas anima cara posse peruenire ad illam celestem patriam sine aduersitate. August. super ps̃.55. Si putas te non habere tribulationes. nonduʒ incepisti esse christianus. Et hierony. ad Eustochium. Quis sanctorum sine certamine coronatus est? In huius figuram Exodi.14. Dominus conduxit populum suum per viam spinosam. ¶ Secundus dicitur ⁊c̃. In euangelio. Beati mundo corde: quoniam ipsi ⁊c̃. Cum deus sit purus: non nisi a puris vult videri. Jo. damas. Santus deus non nisi i sctis habitat. Mediolani Bernar. repperrit demonem: cui dixit. Quid magis deus volebat ab homine. Respondit demon. sub his verbis palliatis. Dimidium spere. Speraʒ cum principe rome. Postulat a nobis totius conditor orbis. Dimidium spere. scilicet o: est. c. Coniunge. c. cum o. Et accipe litteram que componit nomen principis rome. scilicet r: ⁊ dicit cor. Vult deus cor munduʒ ab homine. Unde laus.

Chi serue a dio cum purita de core.
Viue contento: e poy beato ne more.

¶ Tertius dicitur ⁊c̃. In euangelio. Beati pacifici: quoniam filij dei vocabuntur. Super vebo. Filij dei. Dicit Albertus magnus super Lucam. Tria sunt que faciunt hominem filium dei esse. Primuʒ est fides. Jo.1°. Dedit eis potestatem filios dei fieri his qui credunt in nomine eius. Secunduʒ est charitas. De qua Matth.5. Diligite inimicos vestros: vt sitis filij patris vestri qui in celis est. Tertium est par. Quoniam filij dei vocabuntur. ¶ Quartus dicitur ⁊c̃. In euangelio. Beati qui lugẽt: quoniam ipsi consolabuntur. Et Luce.6. Beati qui fletis quoniam ridebitis. scilicet i patria. Jsa. vltimo. In hierusalem consolabimini: ridebitis ⁊ gaudebit cor vestruʒ. Unde dictum fuit diuiti epuloni de laçaro mẽdico. Luce.16. Nunc hic consolatur: tu vero cruciaris. Unde Dauid. Canta in p̃mo thono de sanctis. Euntes ibant ⁊ flebant. scilicet in p̃senti vita: mittẽtes semina sua scilicet bonorum operuʒ. Sequitur. Uenientes autem venient cũ exultatione por. manipulos suos. Fleuit magdalena ⁊ alij: postea riserunt. ¶ Quintus dicitur ⁊c̃. In euãgelio. Beati misericordes: quoniaʒ ipsi misericordiam conse. O citadino: elemosina est gradus potissimus paradisi: quia associat animaʒ ad vera gaudia paradisi. Ambro. Nõ sunt hominis bona que hõ secũ ferre nõ potest: sola misericordia comes est defunctorum. E quella misericordia che vsarai a poueri: tibi hoc erit. Tobie.4.c. Noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita fiet: vt non auertatur a te facies dei. Quod si egerimus. eternus deus sua bonitate cõdonabit hic gratiam: in altam gloriam ineffabilem paradisi.

¶ Feria.3. pasce. De iucundissima pace.



Tetit iesus i

medio discipulorum suorũ ⁊ dixit eis. Pax vobis. Luc̃.24. ¶ Scd̃m Alb. Christus iesus in omnib⁹ mediuʒ voluit tenere. Or sm philosophuʒ.2°. ethi. Uirtus in medio consistit. In eodem. Mediũ in omnibus ẽ laudabile. Nasci voluit i media nocte. Sapientie.18. Dum silentium ꝯtineret omnia ⁊ nox in suo cursu mediũ iter haberet: oipotens sermo tuus domine exiliens de celo a regalibus sedibus. Nasci voluit i medio terre habitabilis. ps̃. Operatus ẽ salutem in medio terre. Nasci in medio animalium. Abacuh.4. In medio animalium innotesceris. In medio doctoruʒ disputauit. Luce.2°. In medio latronũ crucifixus. Joannis.19. Post resurrectionem apparens hodie apostolis suis in medio stans: obtulit dulce paranymphuʒ. Pax. Ego sum. nõ res fãtastica: seu illusio diabolica. Per oẽs quinq3 sensus voluit christus ostendere veritatẽ sue resurrectõis. Primo per visũ. cũ dixit. Uidete man⁹ meas. ⁊ pedes meos: quia ego sum. Et Jo. addit ꝙ ostendit eis latus. Secundo manifestauit suã resurrectionem per auditum. cum dixit. Pax vobis. Audientes enim discipuli vocem domini: eum ad loquelaʒ cognouerunt. Maxime:

time:quia habebat talem modum:scz pax
vobis:per quod datur intelligi:vt vba pa
cis semper habeamus. Tertio mãifesta/
uit per olphatum:per hoc quod dicit Jo.
insuflauit ꝛ dixit. Accipite spiritũ sanctũ.
Quarto per gustum. Quia obtulerunt
ei partez piscis assi: ꝛ fauũ mellis. Quin
to per tactum. Unde dixit. Palpate ꝛ vide
te:quia spiritus carnem ꝛ ossa non habet:
sicut me videtis habere. Tamen conturba
ti: existimabant se spiritum videre. Glo.
Diuina enim prouidentia permissi sunt du
bitare ad maiorem certificatiõem fidei de
dñica resurrectione. Et dixit eis. Quid tur
bati estis. ꝛ cogi. ascendũt in corda vestra:
Uidete manus meas. ꝛ pedes meos:quia
ego ipse sum. Glo. Per cycatrices clauorũ
ibi remanẽtes. ostendit ꝙ erat idem corpꝰ
numero. Palpate ꝛ videte:qꝛ spiritus car/
nem ꝛ ossa non habet:sicut me videtis ha
bere. Glo. Per hoc enim:ostendebat habe
re corpus verũ non fantasticum. Et ostẽdit
eis manus ꝛ pedes. Adhuc illis non credẽ
tibꝫ dixit eis. Habetis hic aliquid qd mã
ducetur. At illi obtulerunt ei partez piscis
assi:non figadeti:quia carnes non comedit
nisi de agno. Et fauũ mellis. Et manduca/
uit coram eis. Queritur vtrũ illa come/
stio fuit vera:vel non. Respondet Tho. in
quolibet. 3º. q. 5. ar. 3. Quod christꝰ vere co
medit:sed non in corpus ↄuersus est cibus:
ꝛ in carnem:qꝛ erat extra statum generati/
onis ꝛ corruptionis. Uñ cibus ille fuit vir/
tute xp̃i resolutus in preiacentẽ materiam.
Cibus assumptus ab angelo neqꝫ ↄuertit
in corpus assumptũ:neqꝫ corpus illud ẽ ta
lis nature:vt in illud possit alimentũ ↄuer/
ti. Ideo dixit angelus Tobie. xij. Cũ essem
vobiscum p volũtatem dei:videbar quidẽ
manducare ꝛ bibere:sed ego cibo ꝛ potu i
uisibili vtor. Ille. Cũ manducasset dixit eis:
hec sunt veba q̃ locutus sum ad vos:cũ ad
huc essez vobiscũ. Et aperuit illis sensuz vt
intelli. scrip. ꝛ dixit. Qm̃ sic oportebat xp̃m
pati:ꝛ resurgere a mortuis ꝛ predicare ĩ no
mine eius pniam ꝛ remissiõem pctõꝝ. In
quo sancto euang. postq̄ noster triũphans
saluator cũ tanto studio:ꝛ sic viuis ꝑcongijs
pacẽ ↄmendat:inducunt me debere eã vo/
bis relinquere pro meo vltimo ꝓmone. De

qua tria dulcia mysteria se offerunt con/
templanda.
¶ Primũ. dicitur diuersificationis.
¶ Secundum. dr̃ specificationis.
¶ Tertium. dr̃ inductionis.

Circa pmũ Theologi. ꝓcipue Tho.
22. q. 29. ar. i. Et super ep̃las Pau
li. 2. Cor. 13. Et Bon. in. 2. di. 7. Tri
plex est pax. Prima dr̃ inquinata. Scd̃a
simulata. Tertia ordinata. ¶ Prima est il
loꝝ. qui sunt in malo cõcordes. inter latro
nes. inter lusores. inter ↄcobinarios. q paci
fice in malo ↄueniũt. Hec ãt fuit Herodis
ꝛ Pilati. De qua ps. Quare fremuerũt ꝛc.
vsqꝫ xp̃z eius. Hec aũt pax nõ est bona. Rõ
est Tho. 22. q. 22. a. 1. qꝛ vera pax fundat̃
in bono ꝟtuoso ꝛ honesto. Iuxta illud phi.
8. Ethi. Amicitia tunc est perfecta que ẽ ꝓ
pter ꝟtutem. Sꝫ pax q̃ ẽ inter malos:nõ est
fundata in virtute. sed sup vitijs. igitur ꝛc.
Unde Ual. recitat de duobus amicis:quo
rũ alter alterũ ad malũ inuitabat. Quod
contra Cato.
Qd iustũ est petito vl' qd videat̃ honestũ.
Nã stultũ est petere. ꝙ possit iure negari.
Cũqꝫ ille nõ assentiret. Alt̃ dixit. Quid mi/
hi ꝓdest tua amicitia. postq̄ non facis que
ego volo. Rñdit ille. Anzi quid mihi ꝓdest
hr̃e te i amicũ. si me oꝫ pp te agere turpia:
¶ Scd̃a pax ꝛc. De hac ps. Loquũt̃ pacẽ
cũ ꝓximo suo:mala ãt ꝛc. Et Iere. 9. In ore
suo cũ amico pacẽ loq̃t̃. occulte ãt põit ei
insidias. O quot sunt:q in ore hñt pacem. in
corde vero fel: Hec aũt fuit Iude. De qua
Matth. 26. Aue rabi. ꝛ osculatus est eum.
Hec figurata est. 2. Re. 2º. De Ioas qui sa
lutauit Amasam di. Salue mi frater:et te/
nens manũ dextram cum pugione eum oc
cidit. Et ille qui ducem Galeaç occidit ꝛc.
De hac pace Hieronymus ad Celantiam.
Osculabantur quidam mihi manus:ꝛ ore
vipereo detrahebant:dolebant ore:ꝛ corde
gaudebant. O quanti ore salutãt:intus au
tem sunt pleni dolo. Unde Zeno phs Ma/
lum hominẽ blande eloquentẽ:agnosce tu
um loquentem esse. Ista nullo modo deo pla
cet:qꝛ simulata. Eccli. x. Simulator ore de/
cepit amicum suũ. Et qꝛ ipse ꝟitas est. Io.
19. Ego sum ꝟitas. iõ abhoiat̃ simulatiõez.
¶ Tertio dicitur ꝛc. Est illorum qui co/

diali amore diligunt. De qua christus ho/
die. Pax vobis. Unde dicunt doc. ꝙ nihil
gratius habet reperiri. sicut pax. Sicut ipse
dic. Ecclesiasti. 25. In tribꝰ beneplacitū est
spūi meo. que sunt probata coram deo ⁊ ho
minibus. Concordia fratrum. amor proxi/
morum. vir ⁊ mulier sibi bene consentien/
tes. Et sicut philocaptus de m'liere tria ob
seruare solet.
¶ Primo de ea cogitat.
¶ Secundo habitat libenter cum ea.
¶ Tertio facit fieri maytinatas.
Ita ad propositum Deus: Primo de pa/
ce cogitat. Jere. 9. Ego cogito cogitatiões
pacis. Secundo stat cum ea. Math. 18.
Ubi fuerint duo vel tres congregati. in me
dio eoꝝ sum. Tertio facit fieri cantilenā.
Quia ipso nato: angeli cecinerunt. Gloria
in excelsis ⁊c̄. Non quelli qui habent diabo
lum in corde. Sed nota fm Alber. ꝙ hec
pax debet haberi tripliciter. Primo in
ore. Ro. vlt. Salutate inuicem: in osculo pa/
cis. Contra illos poltronos q non faciunt:
sed tenent loquelam. Heb. 12. Pacem seq/
mini cum hominibus. ⁊ deus pacis ⁊ dile/
ctionis erit vobiscum. Sen̄. Pacem habe/
to cum hominibus: cum vitijs bellum. Se
cundo debet haberi in corde. Mat. 22. Di
liges proximum tuum. s. corde: sicut teipsū.
Quia. 9. Eth. Amicus ad amicum debet
se habere: sicut ad seipsum. Tertio in ope
re vt subueniatur in necessitate: si opus
est. i. Jo. 3. Non diligamus verbo neqꝫ lin/
gua. sed opere ⁊ veritate. In vitis patrum
legitur. Q̄d orante Machario: vox insonu
it ad eum di. Nondum ad mensuram dua/
rum mulierum peruenisti: que habitant in
proxim a ciuitate. Cum quesisset Macha/
rius ab ipsis conuersationem earum: dixe/
runt. Q̄d erant vxores duorum fratrum: ⁊
per. 15. annos simul habitauerant. nec vn/
qꝫ aliqua earum verbo vel facto aliam cō
tristarat. Et posuerunt in corde suo nunqꝫ
verbū secl'are loqui i vita sua. Unde meri
tum earum fuit: ꝙ nunqꝫ litigarent: ⁊ meri/
tum suum superauit meritum heremite. Un
de patet primum.

Ecundum principale ⁊c̄. Scdm Egy
dium li° de regimine principum.

Specialiter pax debet repiri in tribus ge
neribus personarum.
¶ Primo. inter virum ⁊ vxorem.
¶ Secundo in tota familia.
¶ Tertio. in tota ciuitate.
¶ Primo ⁊c̄. Ad quam habendam. due
sunt regule obseruande ex parte vtriusqꝫ.
Primo ex parte viri: due regule. Prima
vt eam diligat. Eph. 5. Uiri diligite vxores
vestras. Q̄d non facit qui concubinam te/
net: ⁊ propriam sinit. Uis amari ab vxore
tua: Ama illam. Sen̄. Si vis amari: ama.
Secunda vt eam foueat de necessarijs:
Quod non facit qui concubine prouidet.
de manicis rubris. subris. ⁊ alijs: ⁊ bona
domus dissipantur. Prouer. 30. Tria sunt
isaciabilia. Infernus. Terra sitiēs. Ignis.
Quartum mala mulier. Prouer. 29. Qui
nutrit scortum perdet substantiam. Se/
cunde due sunt alie regule ex parte vxoris
ad virum. Prima vt virum suum honoret.
i. Petri. 3. Mulieres sint subdite viris. Or
2. Cor. 19. Uir caput est mulieris. In huiꝰ
exemplū legiē gen̄. 16. De Sarra q̄ virū su
um dn̄m vocabit in signum reuerentie. Et
mulier dꝫ virum suū reputare sapientiorem
⁊ pulcriorē alijs viris. Or vt dicit phs. i. li°.
Icono. Maximus honor ē mulieri: si respi/
cit virū suū. Secunda regula vt res domꝰ
ꝯseruet. i. Cor. 14. Domi viros suos inter/
rogent. In huius figurā legitur gen̄. 3. Q̄d
dominus formauit Euam de costa viri. ipso
dormiente. Expergefactꝰ aūt clamauit ad
eā. Hoc os ex ossibus meis. ⁊ caro de car/
ne mea. Inter quos ita fuit intimus amor: ꝙ
lingua exprimi nō pōt. Jō phs vbi supra.
Nihil eni hoi pōt eē melius: qꝫ si vir ⁊ vxor
pari ꝯcordia domū gubernēt. ¶ Secundo
hec pax debꝫ esse in tota familia. Ad quam
habēdā sunt due regule necessarie. Prima
circa filioꝝ nutritionem. ne faciāt mala. ne
laudāt. ne blassemēt deū ⁊ scōs. Ad vos di
co frēs. In. 6. Eth. Bonū ē ꝙ pīes corrigāt
filios ociosos. Ecc̄i. 7. Filij tibi sunt: corrige
illos. Nō pcas baculo. Jō Hiero. ad Sal
uinam. Non est parui apud deum meriti.
bene filios educasse. Heli offendit deum
ob vitia liberorum. Ergo placatur econuer
so deus virtutibus eorum. Scda regula
est circa

eſt circa ſeruos. Timorem: vt audiant miſ-
ſas. confiteantur tēporibus ſuis. Tene ſcla
nam in timore. Et quādo vadit per aquā:
eam reſpice. Sed hodie ſerui. famuli. ſcla-
ue ſunt peſſimi. nō obſeruantes diuina pre
cepta. Et ratio eſt philoſophi libro Icono.
Impoſſibile eſt negligentibus dominis: ſer
uos eē ſolicitos. Unde patet ⁊c̄. ¶ Tertio
hec pax: debet eſſe in tota ciuitate. Scđm
Aug. 5. de Ciui. c. 18. Et Egy. ro. lib. de regi
mine principum: quinq; fuerant que roma
num imperiū per multa tēpora dilatarūt.
⁊ in preſentia ꝑ ciuitates. dominia. ⁊ caſtra
dilatant. ⁊ in proſperitate cōtinent. Pri
mū fuit iuſtitia. De qua. i. Pol. Sine iuſti
tia: impoſſibile eſt habitari ciuitatem. Et
Aug. 4. de Ciui. c. 4°. Remota iuſtitia: qd
ſunt regna: niſi magna latrocinia? Sed ho
die non inuenitur. Quia peruertitur auro
⁊ muneribus. xi. q. 3. c. Pauper. Cito viola
tur auro iuſtitia. Et Leo papa. Nullum eſt
in eo veſtigiū iuſtitie: qui muneribus dele
ctatur. Clama contra officiales. Iſaie. p°.
Principes tui infideles: ſocij furum. Se
cundum fuit probitas moꝝ. In. i. Pol. Oꝫ
ciuitatem de virtute eſſe ſolicitam. Et Au-
guſtinus loquens de Scipione Affricano
dicit. Scipio Affricanus non cenſebat rē-
pu. eſſe felicem: ſtantibus edificijs: ⁊ ruenti
bus moribus. Ille. Hec autē probitas mo
rum: debet eſſe in officialibus. Et in popu-
lo. Primo inter officiales. Debent eē ador
ni virtute: ⁊ imunes a vitijs. Ab ira. a luxu
ria. ab auaritia. a rapinis. Iō philoſophꝰ.
6. Pol. Princeps debet eſſe deicola: qꝛ tūc
homines ſolent timere regem: quando vi-
dent ipſum timere deum. Ideo ⁊ lex pre-
cipit ꝙ qui preſunt alijs in docendo. aut in
gouerno debent primo eſſe adorni bonis
moribus. C. de profeſſoribus ⁊ medicis. l.
Magiſtros. Magr̄os ſtudiorū doctoreſq;
excellere oportet moribus primum: deinde
facundia. Secundo hec probitas debet eē
in populo. Immunis a latrocinijs. a blaſſe
mijs. ab auaricia. Tertium fuit zelus ⁊
amor patrie. Pro quo ſe exponebāt ad om
nia ſuſtinenda. etiam mortem: vt patet de
Mutio ſceuola. de Mercurio. de. M. re-
gulo. ⁊ Torquato. De quibus Aug. in. 6. d
Ciui. c°. 8. Et Uirgilius in. 6. Hec duo ſunt

illa libertas ⁊ cupiditas laudis humane:
que ad facta mirāda compulere romanos.
Sed hodie relicta patria querunt ꝓpriū
cōmodum: deſiderantes penuriā. cariſtiā.

Quartum fuit maturitas regentiū. Un
de Plato ſeculum poſuit eſſe felix: quando
ſapientes regnarent: ⁊ per oppoſitū. quan
do fatui. Clama contra cōmunitates que
reguntur in conſilijs. da populazi. Et con-
tra monaſteria: que habent fatuos ꝑlatos.
Ad quod facit exemplū Ualerij lib. 5. De
Tarquinio. Qui cum non poſſet expugna
re Sabinios miſit ſimulate filium verbera
tum ⁊ percuſſum tanq; transfugū ad eos:
tanq; patrem fugeret. Quo ſuſcepto: in du
cem electus eſt. Cū vero ignoraret modū
tradendi ciuitatem. ſcripſit patri de modo.
Pater autem verbis nihil reſpondit nun-
cio: ſed duxit eum in ortum vbi erant mul-
ta papauera. ⁊ capita eorū groſſiora virga
la cepit percutere. Nuncius autem reuer-
ſus indicat Sexto Tarquinio. Ille autem
aſtutus intellexit: ⁊ cepit ꝑncipales ciuita-
tis eijcere. ⁊ ciuitatē tradidit patri. Ideo
Ari. 3. Rheto. Quanto maior populus: tā-
to minor intellectus. Quintum eſt pax.
Unde ſcripſerunt in preforibus tēpli. Tē-
plum pacis eternū. Quādiu durat. omnia
proſpe ſuccedunt. Et per oppoſitum. male
⁊ peſſime. Atteſtante Saluſtio in Iugurti
no. Concordia parue res creſcūt: diſcordia
maxime dilabuntur. Et quidam vulgaris.
Per la verita e moderna ſcriptura.
Prouar ſi po cū lege. e cum raſone.
Che cum perfecta vnione. creſceno li coſſ.
Che per diſcordia ſi vedeno manchare.
Unde patet ſecundū.

t Ertium dicitur ⁊c̄. Ad pacē induci
mur. triplici ratione.
¶ Primo. ratione admonitionis.
¶ Secundo. ratione aſſimilationis.
¶ Tertio. ratione fructificationis.
¶ Primo ⁊c̄. Triplex eſt admonitio. Pria
diuinalis. Luc̄. x. In q̄cunq; domū intra
ueritis primum dicite. Pax huic ⁊c̄. Col. 3.
Pax chriſti exultet i cordibus veſtris. Ro.
xij. Cū omnibus hominibus pacem haben
tes. Et. i. Cor. 7. In pace vocauit nos deꝰ.
Heb. xij. Acceſiſtis ad noui teſtamenti me-
diatorē Ieſū ⁊ ſanguinis aſperſionē me-

lius loquentez: q̄ʒ Abel. Ille sanguis Abel clamauit. Vendeta, vendeta. Sanguis christi. Perdona. perdōa. Sanguis Abel. Iustitia. Sanguis christi. Misericordia.

Secunda admonitio est Cano. 3. q. 5. c. Falsas. Et in Cle. De sepulturis. c. Dudū vbi dicitur. Pacis trāquillitas vigeat. feruor charitatis estuet. Tertia est ciuilis. ff. de legationib⁹. l. Quesitaz. Et. ff. de orig. iuris. l. 2. §. Nouissime. Et. ff. de noui opis admistratione. l. i. vbi dicitur. Nihil aliud agat preses: nisi cōtrouersias dirimere. Et l. Cum pretor. §. Dulcissimis. ff. de legatis. 2°. Pretor discordijs propinquoꝝ sedādis prosperit: quas solet cōmunis materia excitare. ¶ Secundo ⁊c̄. Quia per illam xp̄o assimilamur. Mat. 5. Bti pacifici: quoniaz ⁊c̄. Fuit enim testamentuz christi. In quo matrem reliquit Ioāni. animam patri. corpus Ioseph. Sed pacez hominibus. Et vt dicitur. xi. q. i. c. Siluester. Et. C. de fideicōmissis. l. Amplius. Heres nō seruans testamentum defuncti. est exheredandus. Ita non obseruantes pacem quā christus legauit: sunt priuati hereditate paradisi: vt nō filij dei sed demonis vocentur. Ideo Aug. super Io. Sola dilectio discernit iter filios regni: ⁊ filios diaboli. Prattica. Talis ad ecclesiam vadit: non cognosco an sit in gratia: quia accipit aquā sanctam. audit missas. signat se signo crucis. nisi sola charitate. ¶ Tertio ratione ⁊c̄. Triplex fructus acquiritur ex pace. Primus dicitur spiritualis dilectio. Quia christiani confitētur: ad missas eunt. ecclesias visitant. ⁊ alia bona spiritualia faciunt. Aug. Par est serenitas mentis. tranquillitas cordis. vinculuz amoris. Secūdus dicitur corporalis quietatio. Qui pacifice viuunt. non oportet ferant secum arma. securi in via eunt. dormiunt i domo sine aliquo timore. Tertius dicitur bonorum tēporalium multiplicatio. Ex ipsa pace multiplicantur bona tpalia. coluntur possessiones. crescunt opes. Aug. 19. de Ciui. dei. Tale est bonum pacis. ꝙ in rebus creatis nil gratius solet inueniri. Et ex hoc dicit. s. Tho. 22. q. 29. ar. 2. Qꝺ oia appetunt pacez. Et ratione cōseruationis: qꝛ appetunt conseruari in esse: quod nō est sine pace. Et ratiōe dilectionis. Qꝛ sicut nemo est. qui nolit gaudere: ita nemo est qui pacez nolit habere. Cum pax sit causa gaudendi. Sed dicis ꝙ nō omnia appetunt pacem. per hanc rationem. Quod non cognoscit pacem. non appetit pacem. Sed ratiōe carentia: non cognoscunt ⁊c̄. Respōdeo. ꝙ bella geruntur itentione pacis. Qui enim querunt bella non desiderant nisi pacem. quam se habere non estimant. Quia nō est pax si quis cum alio concordet cōtra illud qꝺ ipse magis vellet. ⁊ ideo homies q̄runt hanc concordiaz rumpere bellando: tanq̄ʒ defectū pacis habentem. vt ad pacē puenīant. in qua nihil voluntati eoꝝ repugnet. Et propter hoc omnes bellantes querunt per bella peruenire ad aliquam pacem psectiorem: q̄ʒ prius haberēt. Sicut ⁊ Tulli⁹ .1°. offi. affirmat. ⁊ Tho. supra. Igitur pax vobis. De per charita. Venca la fraterna pieta acutas lanceas. mortiferas sagittas. taliētes spatas. ⁊ altas machias bellicas.

Exemplum duorum regum: quorū vnus interfecit filium alterius. Rex cuius filius erat occisus obsedit ciuitatem cuz suo exercitu. ducens eā ad maximū exterminium. Videns hoc rex decreuit inimicum pacificare: mandauit portas aperiri. Depositis vestibus sola camisia tectus cum corrigia ad collum ⁊ veniam petijt super occisionem filij. Rex autem misericordia motus veniaz dedit ei. Dum ecclesiam ingrederetur. imago crucifixi que in medio ecclesie stabat inclinans se ⁊ brachia mouens: visa est omnibus astantibus regratiari regi qui pepercit inimico suo. Quapropter astantes mei quantum possum vos oro: ꝙ amore illi⁹ soprani dei ⁊ laborib⁹ quos vestra causa hac quadragesima suscepi: ꝙ vnusquisq̄ʒ parcat siquis sibi iniuriam fecisset. ⁊ amplexet hanc dulcem pacem. Imperoche hec est q̄ nos efficit filios dei. Illa q̄ sola inter filios regni ⁊ baratri infernalis discernit. Hec q̄ nos ad deū sola pducit. Hinc Lact. nr̄ in. 5. lib°. c°. 8°. ad propositum ita egregie loquitur. Quam beatus esset q̄ʒq̄ʒ aureus humanaꝝ rerum status. si per totum orbem mansuetudo. ⁊ pietas. ⁊ pax. ⁊ innocentia. ⁊ equitas. ⁊ temperātia. ⁊ fides moraretur. Ille. Iccirco ⁊ ego eā vobis pro testamento meo relinquo. Or essendo hora patri ⁊ matri

cum saluto

cum laiuto del signore nostro dio la picola barcha del mio ingegno peruenuto al porto: ⁊ al fin de li nostri predicatione ⁊ lectione in questa quadragesima a voy pposte. Uedo esser necessario a pretermittere excusatione: ali vostri humanita. Imperoche mancha la lingua. il mio ingegno vene al mancho. Ma perche lle sententia di Seneca. Beneficiorum memoria: senescere non debet. houi ha referire gratie summe ⁊ immortale di tanti vostri beneficij in me collati. Applica vt expedit. ⁊ enarra, que tibi videbuntur. In fine canta hos versus.

Stati in pace. stati cum dio
Uado in casa del mio dio.
Or pregati iesu pio
Chi a voy ⁊ ame dia stabilita.

Impressum est hoc diuinum atque vtilissimum opus: impensa. procuratione. ⁊ his speciosissimis caracteribus Jacobi Britannici Brixiani: in egregia Brixie vrbe. maxima cum vigilantia correctum. 1497. die. xi. Nouembris.

F I N I S.



Sermones de sanctis Fratris Gabrielis Barelete.

¶ Cum ego Iacobus Britannicus horum sermonum impressor industria mea hi sermones in lucem venerint. vt sumptus meos redimere possim impetraui ab excellentissimo Venetorum senatu. ne quis alius possit preter me eos ab hinc ad decem annos imprimere. aut alibi impressos in dñio suo apportare. sub pena amissionis librorum. ac decem aureorum ꝑ quolibet opere soluendorum. vt continetur in priuilegio mihi concesso.

Magnifici Consiliarij.
D. Laurentius Venerius.
D. Hieronymus Vendraminus.
D. Priamus Tronus.
D. Petrus Balbus.

b

Tabula sanctuarij

¶ In ascensione domini.



Leuata ẽ magnificẽtia tua sup celos deus. In ps̃. 8. ¶ A p̃conio. laude. e cõmẽdatiõe diuine iustitie. ꝯuenit sublimare sup celos in vita btã illos q in mũdo isto se humiliauerũt amore sui .p̃. Pet. 5. Humiliamini sub potenti manu dei vt vos exaltet in tpe visitatiõis. Et Lu. i. Exaltauit hũiles. Jacobi. 4. Humilibus dat grãz. Xp̃s se humiliauit p passionem ꝛ crucẽ. Ad Phil. 2. Semetip̃z exinaniuit formã serui accipiẽs in similitudinem hoĩum factus: ꝛ habitu iñuentus vt homo. Humiliauit semetipsum factus obediens vsq̃ ad mortem: mortem autem crucis. Ideo meruit sublimitatem ascensiõis sui corporis. Unde Ber. sermone hodierno. Nam cum se dominum vniuersorum: que sunt in terra. ꝛ in mari. ꝛ in inferno probasset filius dei: non restabat nisi vt aeris ꝛ celorum se dominuz esse comprobaret. Terra cognouit: qꝛ ad vocem eius Lazarum mortuũ reddidit. Mare cognouit: qꝛ solidum se sub pedibus eiꝰ prebuit. Infernus cognouit: cuius ip̃e portas ereas fregit. ꝛ insaciabilem homicidaz ligauit. Ad perficiendam igitur domini iesu fidei nostre integritatem: restat vt vidẽtibus discipulis: per medium aeris tanq̃ dominus ascendas super omnes celos: ꝛ iã tibi profecto debebitur: vt in nomine tuo omnẽ genu flectatur. Ille. Unde p̃s. 46. Ascendit deus in iubilatiõe ꝛ dominus ꝛc. Super quo Aug. Ascendente xp̃o: mirantur astra. plaudunt agmina. tube sonant. ꝛ in cunctis blanda modulamẽta chori emittunt. Ille. Eleuata est ꝛc. De qua triũphãti ascensione. 3. ad eius cõmemorationem videbimus in presentiarum.

¶ Primum. dĩ congruitatis.
¶ Secundum. dĩ modalitatis.
¶ Tertium. dĩ iucunditatis.

PRimum dicitur ꝛc. Utrum fuit cõueniens xp̃m hodie super omnes celos ascendere? Respondet Tho. 3. par. q. 57. ar. i. ꝙ sic. Et hoc per. 5. rõnes.

¶ Prima. ꝑpter loci proportionem.
¶ Secunda. ꝑpter fidei nr̃e informationẽ.
¶ Tertia. ꝑpter charitatis ꝓmotionem.
¶ Quarta. ꝑpter triumphalẽ ascensionez.
¶ Quinta. ꝑpter nostram ꝓpitiationem.

¶ Prima propter ꝛc. Conclusio est phi. 4. phy. Q̃d locus debet esse proportionatus locato. Exẽpli gratia. In corpore humano qꝛ oculi sunt nobiliores inter. 5. sensus. ido nobiliorem ꝛ altiorez obtinent locũ. Preterea in corporibus celestibus nobilius est celum empyreum: ideo ceteris est altius.

Preterea in hominibus hic est ordo. Papa nobiliorem tenet locum: qꝛ est persona nobilior cardinalibus. ꝛ cardinales super omnes episcopos. ꝛ ep̃i super omnes religiosos. ꝛ rex super omnes dños temporales. Locus ꝛ locatum debent esse ꝛc. Ad ꝓpositum nostrum. Locus in quo sumus. de questa nostra ignobile. caduca. e momẽtanea vita: est locus miserie. ꝛ calamitatis. Xp̃s iesus post suã resurrectionẽ: nouã icoauit vitã. Qꝛ de mortali: factꝰ ẽ imortalis. De passibili: factꝰ ẽ ipassibilis. Uñ apl's ad Ro. 6. Xp̃s resurgẽs ex mortuis iã nõ morit: mors illi vltra nõ dñabit. Uita p̃ns ẽ miserie. Aq̃lla gal ãte natura di esso xp̃o. li ꝯuenena vna sedia honoreuele. Qꝛ vt dictũ ẽ: Locus dz eẽ ꝛc. Uita hec nõ erat ei locus ꝯueniẽs: cũ sit oibꝰ mis̃ijs plena. Aug. In valle sumꝰ mis̃ie: in q̃ magis flẽdũ ẽ: eo ꝙ minꝰ flemꝰ. Et Lac. in. 3. c. i2. Hec vita p̃ns btã eẽ nõ põt: qꝛ multis malis subiecta ẽ p corpꝰ. De qbꝰ malis Job. 3. Hõ natus de muliere ꝛc. vsq̃ miserijs. Quas mis̃ias ostẽdit puer de vtero m̃ris egrediẽs: q q̃tuor p ordinẽ facit. Primo plãgit. Aug. Nondum loquitur: ꝛ plorat. Sap̃. 7. c. Primaz vocez similem omnibus emisi plorans. Excepto

Zoroaste q̄ teste Solino p̄mo risisse fertur. In huius figuram: christus non fleuit mortuum Lazarum: sed ip̄m ad vitaꝫ p̲ducēs.

Secundo puer mox manuꝫ ad os mittit. Ad innuendum ꝙ ad miserias huius mūdi venit propter peccatum factuꝫ in ore primorū parentum: quando comederunt pomum. Tertio nascitur curuus ⁊ quasi in quattuor pedibus. Ad innuendum: ꝙ comparatus est iumentis. Quarto ad partem inferiorem. quia ibi caro se rebellauit. Cuꝫ ergo hic non sit aliud che lachryme. dolori. affani. infirmita. ideo questo stabio non cōueniebat christo glorioso. Sed qualis locꝰ eius: Respondeo ꝙ celum empyreum: vbi est sedia regalis sua. Unde fuit conueniēs hac ratione. ipsum ascendere hodie cōpleto numero quadragenario. Sꝫ forte dicis. Cur non ascēdit statim post resurrectioneꝫ suam. sed per dies. 40. moratus est: Respōdeo. ꝙ hoc est actū duplici rōne. Primo ratione certificationis. Difficilius erat probare veritatem resurrectionis: ꝗꝫ veritateꝫ mortis. Tempus enim trium dierū fuit sufficiens tempus ꝓbationis mortis eius. Sꝫ ad veram resurrectionem probandam: maius tempus requirebatur. Et ideo non mirum si non statim vt resurrexit ascēdere voluit: sed expectare. ad informanduꝫ eos bene: de verita e resurrectionis eius. Unī Act. 1º. dicitur. Quibus. s. apostolis prebuit seipsum viuum post passionem suam in multis argumentis. per dies. 40. apparēs eis ⁊c̄.

Secundo ratione ꝯsolatiōis. Fleuit mater eius iuxta cruceꝫ. Canta. Jo. 19. cº. Stabat iuxta crucem mater eius. Et Ber. dicit ꝙ tantum fleuit. tātum se macerauit ꝙ nō poterat se sustinere. Fleuit magdalena. Fleuerūt apostoli: ⁊ omnes deuoti iesu christi. Debebant ergo ꝯsolari. Quia vt dicitur in p̄s. Scd̄m multitudinem dolorum meoruꝫ: consolationes ⁊c̄. Et. 2. Corin. 1. Sic̄ abundant passiōes christi in nobis: ita ⁊ p̲ christum abundat ⁊ consolatio nostra. Debebant ergo consolari. Et quia ipsum fleuerāt mortuum in sepulchro per horas. 40. quibus iacuerat. Ideo eos voluit consolari p̲ dies. 40. sua corporali presentia eis apparens. Unde pꝫ prima ratio de sua congruitate. Bene dicitur. Eleuata est ⁊c̄. ¶ Secūdo ratione ⁊c̄. Cōclusio est doctoꝝ. ꝙ plus est meriti apud deum. credere ⁊ habere fidem de non visis: ꝗꝫ de visis de quibus est cognitio. Grego. Fides non habet meritū: vbi hūana rō p̄bet expimētū. Asculanus.

La fede non ha merito de salute.
Oui lhumana vista vede el quia.
Tacesse el quare dele alte vedute.

